
C.R. BIBLIOTHECA
UNIVERS. JAGELL.
CRACOVIENSIS


V
B J
C
18180

CONSTITUTIONES
SYNODI
Archidiœcesis Gnesnensis,

SUB

Celsissimo & Reverendissimo Domino,

D. STANISLAO
In SŁUPOW
SZEMBEK,

DEI, & Apostolicæ Sedis Gratiâ,

ARCHIEPISCOPO GNESNENSI,

Legato Nato, Regni Poloniæ & Magni Ducatûs Lithvaniæ Primate,

PRIMOQUE PRINCIPE.


ŁOVICIJ,

Anno Domini, MDCCXX. Die XXVI. Augusti,

CELEBRATÆ.

VARSAVIÆ Typis S. R. M. Scholarum Piarum.

In Gentilitium Stemma
CELSISSIMI
PRIMATIS.





Cedant, quos pariunt Pæſtana roſaria, flores!
Nullus SZEMBEKIJS par valet eſſe Rosis.
Ex illis, Patriæ ſatiantur honore CA[illegible]LLÆ,
Ex illis, Domini Grex, pia m[illegible].t.
Undè Tuis PRINCEPS folijs quot c[illegible]gita ſcribis,
Nominis & vitæ ſunt alimenta bonæ.



IN NOMINE DOMINI AMEN.

ACTA SYNODI
Archidiœcesis Gnesnensis.

Anno Domini, Millesimo Septingentesimo Vigesimo, Indictione Romanâ Decimâ tertiâ, Pontificatûs SS: Domini Nostri Papæ CLEMENTIS, Ejus Nominis XI. Anno vigesimo; diebus verò, vigesimâ sextâ, vigesimâ septimâ, & vigesimâ octavâ, Mensis Augusti, Łovicij, in Ecclesia Collegiata Tit. Beatissimæ Virginis MARIÆ.



Ræsidente Celsissimo ac Reverendissimo Dno, D. STANISLAO in Słupow SZEMBEK, DEI, & Apo-

postolicæ Sedis gratiâ, ARCHIEPISCOPO Gnesnensi, Legato Nato, Regni Poloniæ & Magni Ducatûs Lithvaniæ Primate, Primoquè Principe. Præsentibus ibidem, Perillustribus, Reverendissimis, & Admodùm Reverendis, Illustribus, Religiosis, & Admodũ Reverendis, Francisco Josepho Krászkowski, Episcopo Dardaniensi, Suffraganeo, Vicario in Spiritualibus, & Officiali Generali Gnesnensi, Abbate Vitoviensi; Francisco Leszczyc Mierzewski, Scholastico, Andreâ Kwapiszewicz, U. J. D. Stanislao Skupieński, U. J. D. Canonicis Gnesnensibus, Venerabilis Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis Nuntijs; tùm alijs ejusdem Ecclesiæ Prælatis & Canonicis, videlicet: Josepho Trzciński, Primicerio, Curiæ

Suæ

Suæ Celſitudinis Primatialis Cancellario, Balthaſaro Wilxycki, Cancellario, Tribunalis Regni Præſidente, Staniſlao Borek, Canonico, Andreâ Łubieńſki, Canonico, Franciſco Kobielſki, Præpoſito Cracovienſi, Canonico, Suæ Celſitudinis Crucifero, Gvilhelmo Robertſon, U. J. D. Canonico, Infulato Præpoſito Camenenſi, Cauſarum Curiæ Suæ Celſitudinis Auditore, Joſepho Uſanowſki, Canonico, Ioanne Lipſki, Canonico, Andreâ Karśnicki, Canonico, Infulato Præpoſito Łaſcenſi, Ioanne Tárnowſki, Canonico, Joanne Polnarowſki, U. J. D. Canonico, & Antonio Kroanowſki, Canonico, Gneſnenſibus. Reverendiſſimo Thomâ Laſkowſki, Abbate Sulejovienſi. Pro Abbate & Conventu Tremeſnen: Michàéle Malczew-

czewſki, Priore, & Staniſlao Grabia, Secretario. Pro Abbate, & Conventu Landenſi, Jacobo Koſſowitz, Præpoſito Zagorenſi. Pro Mogilnenſi, Felice Skrzynecki. Capitulorũ quoquè Eccleſiarum Collegiatarum, Łanciciensis, Łovicien. Caliſſien. Uńiejovien. Curzelov. Vielunen. Łaſcen. Volborien. S. Georgij in Arce Gneſnen. SS: Trinitatis Siradienſis, Choczen. Camenen. cùm ſuis mandatis Nuntijs. Ioanne Vladiſlao Zakrzewſki Mſtovien. Pro Ieżovienſi, Onuphrio Gruſzczyńſki; Pro Caliſſien. Joanne Słuſzkowſki, & Bartholomæo Komarzyńſki; Andreâ Brzyſzewſki, Gneſnenſi S. Joannis; Adamo Oyrzyńſki, Kłodavien. Juſto Machulik, Kośćielnenſi; Adalberto Rupińſki, Krzepicenſi; Andreâ Jaworowicz,

Gne-

Gnesnensi SS: Trinitatis; Præpositis. Pro Studzianensi, Bartholomæo Zawadzki, & Paulo Kochański, Congregationis S. Philippi Nerij; ac alijs plurimis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, Prælatis, Canonicis, Decanis Ruralibus, Parochis, cæterisq; Presbyteris.

PRæviâ deductione Suæ Celsitudinis Primatialis processionaliter ex Ædibus Seminarij, ad dictam Ecclesiam Collegiatam, die 26. Augusti, horâ nonâ matutinâ, Missa de Spiritu Sancto, per Reverendissimum Dominum Suffraganeum supra memoratum celebrata est: Orationibus verò & Cæremonijs, juxta præscriptum Pontificalis Romani peractis, ac Professione Fidei, præeunte Suâ Celsitudine, ab omnibus factâ, Decreta, & Constitutiones, infrascriptæ sancitæ sunt.



DE

De Fide Catholica, e-juſqué Profeſſione.



Uæcunq; de Fide Catholica, & ejus Profeſſione, per Sanctam Romanam Eccleſiam, Matrem Noſtram, tùm per antiquas ConſtitutionesProvinciales Synodales hujus Regni, Authoritate S. Sedis Apoſtolicæ approbatas, ad conſervandum & augendū Cultum Divinum, ad inſtaurandam ſanæ doctrinæ puritatem, & ad promovendam pietatem Chriſtianam, ſtatuta & promulgata ſunt; hæc omnia præſens Synodus in Domino congregata, profitendo, non tàm Leges novas condere, quàm antiquas pro expreſſis habere, ac ad executionem earum, totum Clerum & Populum

pulum

pulum Archidiœceſis iſtius Gneſnenſis obligare conſtituit.

Cùm autem paſſim fieri conſvevit, quòd contra anteriores Provinciales, & Diœceſanas Synodales Conſtitutiones, ſignanter contra Łubienſcianam, Anno 1643. Uniejoviæ promulgatam, Inſtituti ad Beneficia per Plenipotentes; juxta præſcriptum SS. Concilij Tridentini, & Bullæ PIJ Papæ IV. Profeſſionem Fidei, perſonaliter, prout obligantur, non tantùm præſtare intermittunt, ſed etiàm eadem Beneficia ſua adire negligunt, dummodò proventus percipiant. Proindè inhærendo ijſdem Conſtitutionibus, Authoritate præſentis Synodi decernimus, ut omnes Beneficiati iſtius Archidiœceſis, qui circa ſuas Inſtitutiones perſonaliter non præſtiterint hujusmodi Profeſſionem Fidei, eandem intra decurſum duorum Menſium, à data Inſtitutionis Plenipotentis computandorum, indiſpenſabiliter facere, & ad Eccleſias ſuorum Beneficiorum deſcendere, in

possessionem actualem, & personalem eorundem intrare, ac onera supportare teneantur, sub pæna amissionis fructuum, usibus illius Ecclesiæ, cujus fuerit Beneficium, applicandorum. Si quis verò in decursu, ad maximùm quatuor Mensium, Ecclesiam, in qua Beneficiatus est, adire, dictamquè Professionem Fidei personaliter in Officio, in quo institutus erit, facere omiserit, & per Edictum Publicum, ad valvas ejusdem Ecclesiæ, in qua Beneficium habuerit, affigendum, vocatus, ac monitus, huic salutari monitioni non paruerit, ultra memoratam amissionis fructuum pænam, etiàm Beneficio privetur. Ijs tantùm, qui causâ studiorum, cum scitu & assensu Nostro, & Successorum Nostrorum Archiepiscoporũ Gnesnensium, extra Regnum sunt, vel erunt, & nullatenùs venire pro termino præfixo possunt, vel poterunt, sub rigore hujus Decreti non comprehensis: Cæterùm cùm redierint à studijs, statìm eidem Ordinationi, sub rigore

gore ſupra expreſſo ſatisfacere ſint obligati. Quam Ordinationem circa Inſtitutiones Plenipotentibus dandas, cum appoſitione clauſulæ perſonaliter à Principali faciendæ Profeſſionis Fidei, Officium Ordinarium, ſeu quodvis aliud obſervare teneatur.

Idem ſtatuimus de Regularibus, ut nullatenùs ad prædicationem Verbi Divini, in Eccleſijs quibusvis, etiàm ſuorum Ordinum, per Superiores ſuos exponantur, & admittantur, priuſquàm per Nos, Succeſſoreſq; Noſtros, ad id approbati fuerint, hujuſmodiq; Profeſſionem Fidei, juxta præſcriptum Conſtitutionis Provincialis Gembiccianæ Anni 1621. Authoritate Apoſtolicâ approbatæ præſtiterint, teſtimoniumq; de præſtita in ſcripto exhibuerint.

Præſcindendo etiàm pravam conſvetudinem, Authoritate præſentis Synodi prohibemus, tàm Spiritualibus, quàm Sæcularibus Perſonis, nè ullas diſputationes, ac diſcurſus de Fide Catholica intra convivales

confessus, aut alios quosvis, ad negotium Fidei impertinentes concursus, formare, & promovere; Verba Sacræ Scripturæ, vel Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, aut Symboli Apostolorum, aut de Passione Domini, ad jocos, vel libellos famosos formandos torquere; Libros Hæreticales, ac prohibitos, quà publicè, quà privatim retinere, & legere audeant, & præsumant, sub pæna Excommunicationis. Super quo Parochi & Decani seriam habeant inspectionem, & investigationem, Nobis, vel Officio Nostro Ordinario, tales delaturi.

Sicut autem omnes Propositiones, assertiones, & dogmata, per Sanctam Sedem Apostolicam, anterioribus sæculis damnata, rejecta, & reprobata, hæc prima, & principalis in Regno Poloniæ Catholico, Archidiœcesis semper aversata est; ita in præsenti Synodo, unanimi sensu, & voto, Cõstitutionem, quæ incipit: *Unigenitus &c.* per Sanctissimum Dominum Nostrum, Dominũ

minum, Clementem Papam XI. feliciter modernum, editam, cum omni agnitione veritatis, & obſervantia recepimus, & retineri injungimus, omneſq; in hac Conſtitutione recenſitas Propoſitiones damnatas, damnamus, rejicimus, & execramur.

De Doctrina Chriſtiana.

QUamvis tàm Provincialibus, quàm Archidiœceſanis Synodalibus Conſtitutionibus Prædeceſſorum Noſtrorum exactè ordinatum ſit, ut juxta præſcriptum Sacroſancti Concilij Tridentini, quolibet die Dominico, & Feſto, Clerus tàm Sæcularis, quàm Regularis, cui Cura Animarum incumbit, Populum rudem, adultæ & junioris ætatis doceret rudimenta Fidei, neceſſaria ad conſequendam Salutem æternam, neceſſitate medij & præcepti; tamèn hanc Ordinationem plurimis in locis, intermiſſam, ac penitùs neglectam animad-

vertentes, binos Processus Nostros, per omnes Archidiaconatus, & Decanatus extradideramus, pro singulis Ecclesiijs Parochialibus ordinando, & consignando, Methodum ejusdem Doctrinæ nativo Idiomate, sub titulo: *Powinności Chrześciańskie &c.* typis impressá, & monendo omnes, ad quos pertinet, ut saltèm de ijs, quæ in hac Methodo perscripta sunt, Populum suæ Curæ commissum & subjectum instruerent: Nihilominùs, quando & Nostram hujusmodi Monitionem per plurimos Beneficiatos non observari compertum habemus; ideò pro tertio eandem Methodum typis impressam, nunc Synodaliter, pro singulis Ecclesijs Parochialibus distribui constituimus, & ipso facto distribuimus, districtè præcipiendo, ut omnes Parochi, & alij Beneficiati, quibus Cura Animarum, ut præfertur, incumbit, sivè eorum Vicarij, quolibet die Dominico, & Festo, statâ horâ, antè Summum, ut dicitur, Missæ Sacrificium, de hac

Metho-

Methodo catechiſent, pro ſingulis vicibus, ſaltèm per tres Quæſtiones, & Reſponſiones proponant, eaſdem recapitulando, diligenter doceant, ac ut Audientium memoriæ imprimantur, ſvaviter, & prudenter operam dare contendant. Et ut eò efficaciùs tàm ſalutaris Ordinatio procedat, mandamus Decanis omnibus, quatenùs ſeriam habeant ſuper Parochos ſuorum Decanatuum, prædicta negligentes animadverſionem, eoſdemquè in caſu negligentiæ, ad Officium Ordinarium, ſingulis Anni quartualibus deferant pro pœnis contra ipſos irremiſſibiliter extendendis: ipſi quoq; Decani, in ſuis Eccleſijs, bonum in præmiſſis exemplum præbeant, ut eorum motivo Parochi tantò diligentiùs huic debito ſuo ſatisfaciant.

Nè autem Patres, & Matresfamilias liberos ſuos, & famulos, ac famulas, ad diſcendam Doctrinam Chriſtianã mittere graventur, eoſdem, cujuſcunquè gradûs, & conditionis

tionis exiſtant, ſub interminatione ultionis Divinæ hortamur: Et Confeſſarios, ut in Confeſſionibus; Concionatores, ut in Concionibus, hujuſmodi Adhortationem noticent, ſeriò obligamus.

Vocationes Subditorum in diebus Dominicis, & Feſtis vulgò *do Gromad* de manè, quando Populus Divinis Officijs, & Doctrinæ Chriſtianæ intereſſe tenetur, omninò abrogamus, & ſub comminatione tremendi Judicij DEI generaliter, quò ad omnia Bona, tàm Spiritualia, quàm Sæcularia, prohibemus, ac ad veſperam differri cupimus; ac volumus.

Præſentem verò Adhortationem, & diſpoſitionem in omnibus Eccleſijs Parochialibus, ſingulis diebus Dominicis Quadrageſimæ, ac primâ Dominicâ Adventûs, ex Ambona; poſt Concionem, publicari mandamus.

Obviando inſuper ſummæ ignorantiæ rudis Populi, qui in provecta etiàm ætate,

preces

preces quotidianas cum digressionibus mirabilibus, sicut à Majoribus didicit, recitare, & easdem preces, sic, ut scit, suos liberos docere consvevit: præcipimus Parochis, signanter Villanis, ut singulis diebus Dominicis, & Festis post Concionem, cum Populo recitent *Pater noster &c. Ave Maria &c.* & *Credo &c.* ac *Articulos Fidei præcipuos*; tùm *Decem Dei Præcepta*, Polonico Idiomate, clarè, & distinctè. Ad extremùm injungimus; ut ijdem Parochi, Sponsos, qui Sacrum Matrimonium contrahere voluerint, post primam Denunciationem, ad Ecclesiam venire faciant, & ex illis, an sciant præcipua rudimenta Fidei, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum: Item Præcepta DEI, & Ecclesiæ: Item de septem Sacramentis Ecclesiæ, diligenter inquirant. Quodsi nesciverint, eos doceant, & à benè scientibus in Villa, vel Oppido, de quo fuerint, doceri faciant: Nec audeant

ant ſub pœna Suſpenſionis, & alijs Arbitrarijs, benedicere Matrimonium inter Sponſos, niſi priùs fuerint in præmiſſis inſtructi, ut ſubſequenter Liberos ſuos inſtruere ſciant.

De Examinatoribus Synodalibus.

JUxta præſcriptum Sacroſancti Concilij Tridentini *Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reform.* deputantur in hac Synodo Examinatores Promovendorum ad Eccleſias Parochiales, Perilluſtres, Jlluſtres, Religioſi, & Admodùm Reverendi, Joſephus Trzćinſki, Primicerius, Stanislaus Skupienſki, U. J. D. Joannes Polnarowſki, U. J. D. Archidiaconus Łovicienſis, Canonici Gneſnenſes, Joſephus Mniſzkiewicz, Antonius Leſzczyńſki, Pænitentiarij Eccleſiæ Metropolitanæ Gneſnenſis, Simon Zakrzewicz,

Con-

Congregationis Missionis, Domûs & Seminarij Łoviciensis Superior, Jacobus Mroczek, ejusdem Congregationis, Seminarij Gnesnensis Præfectus, Raymundus Dudźiński, Prior Conventûs Łoviciensis, Ordinis Prædicatorum, Paulus à Sancto Andrea, Scholarum *Piarum*, Collegij Łoviciensis Rector, Michàél Płoński, Congregationis Missionis, & Claudius Bienayme, ejusdem Congregationis. Qui etiàm Approbandos ad excipiendas Confessiones examinare poterunt, & tàm ad Minores, quàm ad Sacros Majores Ordines Promovendos.

De Judicibus Synodalibus.

UT Causæ ad Forum Ecclesiasticum pertinentes, & quæ per Commissiones Apostolicas, in hac Archidiœcesi judican-

dæ delegabuntur, debitum progreſſum, & determinationem, pro Jure, & Juſtitia, ſortiantur, ſatisfaciendo Decreto SS. Concilij Tridentini *Seſſ.* 25. *cap.* 10. *de Reform.* vigore Synodi præſentis, in hujuſmodi Judices deputantur: Reverendiſſimus D. Franciſcus Joſephus Kraſzkowſki, Epiſcopus Dardanienſis, Suffraganeus, Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Generalis Gneſnenſis; Perilluſtres, Gvilhelmus Robertſon U. J. D. Gneſnenſis; Joannes Lipſki, Gneſnenſis, Antonius Krobanowſki, Gneſnenſis, Canonici, Joſephus Eraſmus de Platern, Archidiaconus, & Officialis Camenenſis, Alexander Proſzewſki, Łancicienſis, Łovicienſis, Franciſcus Szczepańſki, Łovicienſis, Canonici.

De Conſervatoribus Regularium.

INhærendo Conſtitutioni felicis memo-

riæ

riæ GREGORIj Papæ XV. Die 20. Menſis Septembris, Anno Incarnationis Dominicæ 1621. publicatæ, & per Synodos tàm Provinciales, quàm Archidiœceſanas, olim executioni demandatæ: Conſervatores Regularium, coram quibus in Cauſis emergentibus conveniantur, ijdem, qui ſupra in Judices Synodales deputati ſunt, Authoritate hujus Synodi deſignantur: Et ultra prædictos, pro meliori commoditate Quærentium Juſtitiam, plures etiàm deſtinantur, videlicet: Perilluſtres, Jlluſtres, & Admodū Reverendi Franciſcus Leſczyc Mierzewſki, Scholaſticus, Balthaſar Wilxycki, Cancellarius, Cathedrales Gneſnenſes, Joannes Gałczynſki, Archidiaconus, & Officialis Caliſienſis.

De Divinis Officijs.

COmpertum habemus, aliqua Divina Officia per pleroſquè Beneficiatos iſtius Ar-

us Archidiœcesis, aut planè intermitti, aut cum summa distractione, ac irreverentia peragi, non sinè scandalo Christi Fidelium, & gravi Animarum suarum periculo; quando in Ecclesijs eorum Parochialibus, nec Matutinum diebus Dominicis, & Festis, nec Missa Summa decantatur: & sæpiùs nec Concio ad Populum ex Ambona habetur, sed tantummodò ex supina desidia, & prava acsi consvetudine, lecta Missa absolvitur, & nonnunquàm Evangelium tantùm circa Altare ad Populum prælegitur: Interdùm etiàm nec lecta Missa celebratur; & sæpè Populus ad Divina audienda congregatus, non auditis ijsdem Divinis Officijs, domum reverti cogitur ob absentiam Parochorum ad nundinas, seu ad loca, ad quæ ob Solennitates aliquas, numerosior hominum concursus convenire consvevit, turpis lucri causâ discedentium. Horis pomeridianis, pro Vesperis campanæ frequenter pulsantur, & tamèn Vesperæ non

ræ non ſemper decantantur. His itaquè gravibus defectibus, & enormibus negligentijs occurrere volens præſens Synodus, præcipit omnibus Parochis, ac alijs Beneficiatis, ut ritè, ordinatè, ac devotè Divina Officia peragant, videlicet: Matutinum tempeſtivè de manè decantent: poſtea horâ ſtatâ, Sacrum Miſſæ Sacrificium peragatur: Concio fiat ex Ambona verbis præconceptis, vel ob debilitatem memoriæ, ex Libro Concionum probati Authoris legatur; ita tempus diſponendo, ut horâ undecimâ antemeridianâ, tota Devotio finiatur. Poſt prandium etiàm Veſperæ horâ ſecundâ, vel tertiâ decantentur. Aliàs ſecùs facientes Beneficiati, per Decanos Locorum ſuper hujusmodi negligentijs, & defectibus moniti, deferantur Officio Ordinario, pro modo negligentiarum, ac defectuum puniendi.

Obſecramus etiàm in Domino, & hortamur Dominos Collatores, & alios Pa-

rochianos Nobiles utriusq; Sexûs, quatenùs tempestivè pro Divinis audiendis, ad Ecclesiam veniant; nec sint molesti Parochis, ut cum Divinis Officijs eos expectent, sed potiùs laboriosæ Plebis respectum habeant, ut peractâ Devotione, domum citiùs redeant, & ad labores ulteriores se disponant.

Parochi, & alij Sacerdotes in Archidiœcesi Nostra constituti, tàm Sæculares, quàm Regulares, finitâ Missâ, nemini osculum patenæ, nisi solis Principibus, Regni Senatoribus, & Ecclesiarum suarum Collatoribus, ac insignibus Benefactoribus, offerant, nec cum ipsa per Ecclesiam ab Altari longè procedant, aut aliquos circuitus faciant; & alijs Presbyteris, præsertìm Extraneis Capellanis, talia in suis Ecclesijs facere prohibeant. Dùm autem alicui ex præfatis Dominis osculum hujusmodi patenæ offerendum erit, præmoneatur tempestivè, & servatâ prudentiâ, ut is

post

post Missam ad Altare propiùs accedat, vel propè Altare se locet ad Missam audiendam. Peregrinos Sacerdotes, & vagos, tàm Sæculares, quàm Regulares, sinè Literis testimonialibus Ordinum, & attestatione Sui Loci Ordinarij, seu Superioris Regularis, ad celebrandas Missas, & ad excipiendas Confessiones, sinè Approbatione Officij Ordinarij in scripto exhibita, non admittant, nec ad Ecclesias suas foveant, aut in suis Parochijs morari patiantur, idq; sub pœna Excommunicationis.

De Celebratione Missarum.

SAcrosanctum Sacrificium Missæ celebraturus Sacerdos, recogitet diligenter se Christi vices debere, & velle agere, & Opus ineffabilis Divinitatis operari: nec ipsi superesse toto vitæ tempore opus a-

liud ad agendum magìs Sanctum, venerandum, & tremendum. Ac proindè ad hujusmodi Celebrationem non accedat, nisi benè præparatus, recollectus, in plena fide, in omni puritate, & humilitate. Sacris Vestibus indutus, cum nemine colloquatur, neq; colloquentibus præbeat auditum, ab ijsq; omnibus, quibus distrahi antè & intra Celebrationem possit, mentem & oculos avertat. Antequàm è Sacristia exeat, Missam perlegat, & singulas partes ita connotatas habeat, ut in Actu Celebrationis neq; erret, neq; hæsitet. Quæ in Missa clarè pronuncianda sunt, distinctè, & clarâ voce, non tamèn nimìs elevatâ, quæ verò secreto, secretè, pronunciet. Ritus ac Cæremonias ab Ecclesia institutas, quàm exactissimè observet; ab omni immodesto, & indecoro capitis, oris, & totius corporis motu abstineat. Peracto deniq; Sacrificio, in omni quiete, silentio, & devotione, sese contineat, &

Gratia-

Gratiarumactioni saltèm per quadrantem horæ, attentè, & ferventer incumbat, nisi necessitas aliqua verè considerabilis hunc quadrantem abbreviare cogat.

Omnis Presbyter, nemine excepto, saltèm diebus Dominicis, & Festis, Missam celebret, si sæpiùs non velit. Omnis autem Parochus, ut suo muneri satisfaciat, non solùm diebus Dominicis & Festis, sed etiàm frequentiùs, prout obligatur Decreto Concilij Tridentini *Sess.* 23. *cap.* 14. *de Reform:* Et cùm Missa cantatur, voce benè compositâ, non perfunctoriè cantetur; qui autem Sacerdos non novit cantare benè, à Scientibus discat, & addiscat. Hæc omnia, ut præmittuntur, Synodus præsens sub pœnis gravibus Arbitrio Judicij Ordinarij observari mandat, abusumq́; passìm per Parochos practicatum, quòd Missa, quæ antè Concionem cantando inchoatur, post Concionem recitando continuatur, penitùs interdicit.

Hostiæ habeantur ad Sacrificium Missæ ex farina triticea, munda, recenti, & vinum purum, clarum, non acidum, benè servatum, in quo sæpè defecisse multi Parochi, præsertìm Villani sunt reperti. Et quò ad hanc materiam Sacramenti, obligat Synodus omnes Beneficiatos, sub gravissimo onere Conscientiæ, & reatu, licet Conscientias ipsorum obliget etiàm ipsa Fides, & Præscriptum Sacrorum Canonum.

Nullus item Sacerdos audeat celebrare Missas, sinè Altari Portatili debitè consecrato, sivè in hujusmodi Altari fracto, aut execrato. Quilibet Beneficiatus Ecclesiam suam à pulveribus, & telis aranearum, saltèm semel in Anno, vel pluries; Altaria autem saltèm semel in qualibet hebdomada purgari curet. Paramenta omnia, si non sint pretiosa, non splendida, habeat munda, & non lacera, mappas mundas, & signanter Corporalia omninò benè lota, & nec in minima parte lacera, vel transparentia.

In

In Domibus, Oratorijs, & Capellis privatis, nullus Sacerdotum, tàm Sæcularium, quàm Regularium, cujuſcunquè Indulti prætextu præſumat, ſub pœna Excommunicationis ipſo facto incurrenda, celebrare Miſſæ Sacrificium, niſi hujuſmodi Indultum per Nos, ac Succeſſores Noſtros admiſſum, ſeu datum fuerit.

De Vita & honeſtate Cleri.

OMnis Eccleſiaſticus, tàm Sacerdos, quàm Clericus, quoniam in Sortem Domini eſt vocatus, & à communi Fidelium Cætu ſelectus, ut Miniſterio DEI fungatur (:& idèó Sanctum, & Electum Genus, Genus Divinis, Sacriſq; Miniſterijs mancipatum dicitur:) tantò cæteris juſtior, ac ſanctior eſſe debet, quantò Sanctius eſt Miniſterium, quo fungitur, vel ad quod per

gradus aſcendere debet. Quidquid itaquè de Vita & honeſtate Cleri, Jura Canonica, & Conſtitutiones Synodales Archidiœceſanæ, ac Provinciales, Prædeceſſorum Noſtrorum diſpoſuerunt, & præceperunt, maximè Eminentiſſimus olim Cardinalis Maćiejowſki, in Sua Epiſtola Paſtorali, hoc totum præſens Synodus ab univerſo Clero Archidiœceſis iſtius, Majori, & Minori, ſtrictè teneri, & omninò obſervari, nemine excepto, vult, & rigidè præcipit.

Omnem inhoneſtatem, omnem ebrietatem, & omnem avaritiam, propter quas, vel maximè Status Spiritualis diffamatur, & denigratur, quilibet de Clero, omninò, & omnimodè evitet. Commeſſationes, & Convivia Sæcularium, ut vult dicta Epiſtola Maćiejoviana, etiàm rogatus, præſertìm, ubi Fæminæ adſunt, non frequentet, vel ſaltèm rarò, ſi fieri aliter ex rationabili cauſa non poteſt, & in ijs ſe exemplariter, in omni locutione, & actione gerat.

rat.

rat. Si quando autem Hoſpites apud ſe habebit, tàm in cibis, quàm in potu, exemplarem, & Viro Eccleſiaſtico dignam temperantiam, ac frugalitatem, humanitati, & hoſpitalitati benè junctam obſervet. Nemo item de Clero, tabernas comeſſandi, & compotandi gratiâ adeat; Si quis autem Parochus, Vicarius, vel alius Beneficiatus eas adire uſum habuerit, talem Decanus Loci, liberè captivandi, & ad Nos, vel Officium Noſtrum, deducendi poteſtatem habeat, juxta Conſtitutionem Gembiccianam, Anni 1620. incarcerandum. Hauſtus plenos majores, æquales cum Sæcularibus, ſeu etiàm adinvicem, luſum alearum, ac chartifoliorum, choreas, & ſaltationes, vulgò *tańcow*, vecturas in una eademq́, rheda, vel alio curru cum Mulieribus, etiàm proximo ſanguine junctis; aves, & canes venaticos, ac venationes clamoroſas, juxta Epiſtolam ſæpiùs memoratam, ſeriò prohibemus: Nequè permittimus

etiàm

etiàm Prælatis, & Canonicis, & quibuscunq; Presbyteris, vel Clericis ducere fæminas per manum, in quocunq; loco, sivè publicè, sivè privatìm, etiàm cognatas, affines, cujuscunquè dignitatis, & conditionis; sed hanc cæremoniam Sæcularibus relinquendam esse censemus.

Mandamus quoquè, ut fæminas juvenes, vel etiàm provectioris ætatis, sed malæ famæ, sub quovis prætextu affinitatis, seu Consanguinitatis, nemo de Clero Nostro fovere audeat, & sub uno tecto, cum mulieribus cujuscunquè statûs, manere præsumat: Et sicubi ad præsens aliquis Beneficiatus, unam tantùm Domum habet, in qua sub uno tecto & fæminæ manent, is quatenùs intra decursum unius Anni ab Actu præsentis Synodi, domum, vel domunculam distinctam pro sua familia domestica construi faciat, ibiq; utriusq; sexûs familiam collocet, in Timore DEI, & in omni honestate conservandam. Neq; in

domo

domo ſua reſidentiali, ſeu in qua hujusmodi familia locabitur, cerevìſiam ac crematum, alioſquè liquores divendi, & propinari præſumat, ad evitanda multa pericula, & amovenda ſcandala. Quam Prohibitionem extendi debere declaramus etiàm ad illos, qui Jus tabernæ cum propinatione habent.

Veſtes nimis breves, more externo Sæculari inciſas, quarum longitudo vix genua operit, & qualibus Doctores Medicinæ, Laici, etiàm Uxorati in hoc Regno, & alibi utuntur, ac qualiũ per Clerum uſurpatio, in Populo iſtius Regni propè ſcandaloſam movet admirationem & reprehenſionem, penitùs interdicimus; ſed talares, coloris duntaxat nigri (: ſeu violacei, qui Epiſcopali Dignitati competit:) non alterius cujuspiam, verùm tamèn non laceras, nec deformibus maculis nimìs vitiatas, deferri omninò mandamus. In itinere verò, & cura rei familiaris, in cam-

po, vel aliquâ ordinaria deambulatione, permittimus ijs, qui voluerint, veſtés ſupra talos aliquantò, ad ſummum duobus, vel tribus digitis in latum breviores. Colaria quoq; munda deferantur, non autem ſtrophia, vulgò *haißtuchy*, etiàm in itinere. Pilei rotundi ab antiquò & nunc uſitati, non cornuti, non more Sæcularium inciſi, nec alterius, quàm nigri coloris panno tecti.

Tonſura ſit cuiquè Ordini competens, nec nutriendo, nec tòrquendo, nec incomptè geſtando capillos, ſed conformis illi, quæ eſt pro norma in Seminarijs.

Muſicos, ſivè plures, ſivè pauciores, ad latus habere, & fovere DD. Prælatis, & Canonicis, & quibusvis alijs Beneficiatis prohibemus: Quodſi habeant pingue aliquod Beneficium, vel Patrimonium, poterunt quidem aliquem Muſicum, vel aliquos fovere, ſed ad uſus Eccleſiæ duntaxat ſuæ, & aliarum Eccleſiarum, ſi fuerint

rogati

rogati: eo tamèn antè omnia præcustodito, ut ultra sustentationem suam congruam, habeant Clerum cum Cantore, Baccalaureo, & Organario, tantum, quantum habere ex vi Erectionis, & usu antiquo debent circa Ecclesiam: & ut fabrica Ecclesiæ, Domûs suæ residentialis, cum annexis undequaquè reparatione non indigeat, utq; sufficientiam omnium paramentorum Ecclesia, & Librorum habeat.

In Contrafacientes, non solùm Officiales pro tempore existentes, Archidiaconi, & Decani, pro sua quisquè Jurisdictione, seriò animadvertant; sed eos etiàm vicini Beneficiati, cum unicuiquè mandatum sit de proximo suo, fraternè moneant, super quo conscientias eorum graviter oneramus. Aliàs si præfati Officiales, Archidiaconi, & Decani, in hujusmodi animadversione fuerint remissi, aut negligentes, declaramus, quodsi excessivus aliquis, & Ordinationem No-

ſtram præſentem non curans, vel ſpernens, ex Territorio, ac Jurisdictione eorum, aliundè, etiàm per Sæculares Perſonas, Nobis Officioq́; Noſtro Ordinario deferetur; & ſi, quod delatum fuerit, ipſi probabitur, extunc tàm Delatus convictus pro qualitate delicti punietur, quàm etiàm Superintendentes memorati, tanquàm pro gravi culpa omiſſionis, & parva cura ſui Officij, à Nobis, & Succeſſoribus Noſtris corripi debebunt.

Ac ut præmiſſa, & omnia, quæcunquè in ſæpememorata Epiſtola Paſtorali Maciejoviana mandantur, quàm exactiſſimè obſerventur, Exēplaria ipſius reimprimi fecimus, & Eccleſijs, Metropolitanæ, Collegiatis, ac Parochialibus, diſtribuenda eſſe ad præſens cenſuimus. Inſuper Ideam Vitæ Sacerdotalis noviter formari, & typis imprimi juſſimus, ſimiliterq́; omnibus Beneficiatis in hac Synodo tradendam eſſe duximus, prout tradetur. Obſecrantes per

Viſce-

Viſcera Miſericordiæ DEI Noſtri, omnes Prælatos, & Canonicos, & omnes cujuscunquè dignitatis Beneficiatos, Sacerdotes & Clericos, ut nontantùm per ſuum decus & meritum, ſed etiàm per juratam Nobis & Succeſſoribus Noſtris Obedientiam, & reverentiam, vitam, & mores ſuos ad hanc Noſtrã Ordinationẽ ſic cõponant, quatenùs ædificent Eccleſiam DEI, & meliorem, quàm hoc ferreo ævo videtur, de Statu Eccleſiaſtico in animis Sæcularium impreſſionem, ac perſvaſionem faciant, ac præmium beatitudinis temporalis, & æternæ acquirant. Aliàs proteſtamur coram Domino DEO, & toto mundo, quòd Nos ex toto corde voluimus facere, & fecimus ad hunc effectum, quæ potuimus. Et nihilominùs declaramus, quòd contra Inobedientes irremiſſibiliter ad pœnas in Jure deſcriptas, ac etiàm inhabilitatis ad quosvis aſcenſus, ſeu Beneficia Eccleſiaſtica, deſcendemus, Succeſſoreſq; Noſtri deſcendent.

De Ordinandis.

QUicunquè ad Sacros Ordines aſpirant, eorum vocatio quatenùs debitè probetur, & ut obligationem Statûs, in quo DEO famulari cupiunt, rectè cognoſcere valeant, ſtatuimus, ut nemo ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum ordinetur, priuſquàm in Seminario ſivè Gneſnenſi, ſivè Łovicienſi, per biennium juxta Noſtram Ordinationem manſerit, ibiquè in Spiritu, & Doctrina, Statui Sacerdotali competenti, ſufficienter profecerit, teſtimoniumq; à Præfecto Seminarij pro Conſcientia datum, ſuper idoneitate ſua produxerit. Quodſi quis intra Annum, vel etiàm citiùs, ſpecimen ſui veri, & evidentis profectûs in Spiritu, & Doctrina probaverit, cum Noſtra, Succeſſorumquè Noſtrorum diſpenſatione, ſervatis ſervandis, ad Ordines promovebitur.

Nè

Nè verò fraudes aliquæ, circa testimoniales Literas Natalium, vitæ, & morum eveniant, ordinamus, ut nullus ad Minores etiàm Ordines, ac Primam Tonsuram promoveatur, priusquàm juxta dispositionem Concilij Tridentini *Sess.* 23. *cap.* 5. *de Reform*: per Rectores Ecclesiarum Parochialium, sub quibus Promovendi originem acceperunt, aut domicilium eorum Parentes habent, publicè aliquo die Dominico, vel Festo, ex Ambona coram Populo ad Divina audienda congregato, nomina & cognomina eorum proponantur; & de vita, moribus, ac alijs requisitis qualitatibus, à fide dignis diligenter inquiratur, testimoniumq; ab ijsdem Rectoribus super præmissis sufficienter expressum, ad Officiales Foraneos, in quorum Territorio existunt, manu suâ subscriptum remittatur; qui Officiales veritate narratorum & subscriptionis recognitâ, idem testimonium per se legalisatum, Aspiranti ad Ordines consignent.

Mo-

Modus ſortiendi domicilij, ſeu Diœceſis, per Juramentum ſuper non deſerenda eadem Diœceſi, nè irrepere, aut irrepsiſſe aliquomodo videatur; præſens Synodus declarat & mandat, ut Conſtitutio fel. mem. INNOCENTII Papæ XII. omninò obſervetur; & ut de eadem Conſtitutione nullus, cui intereſt, ignoret, hìc inſerendam cenſet, cujus tenor eſt talis:

INNOCENTIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI

AD perpetuam rei memoriam. Speculatores Domûs Iſraël, quæ eſt Sancta DEI Eccleſia, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam conſtituti, eò potiſſimùm ab ipſis Pontificatûs Noſtri primordijs, Paſtoralis Vigilantiæ Noſtræ ſtudia convertenda eſſe duximus, ut qui in Sortem Domini vocantur, Sacriſquè addicuntur Miniſterijs, quippè quos irreprehenſibiles eſſe convenit, ut præeſſe valeant corrigendis, ac in

quos

quos, tanquàm in ſpeculum oculos reliqui conjiciunt, ex ijſq; ſumunt, quod imitentur, tales ſint, qui dignè poſſint Dominica Sacramenta tractare, ac ædificent cunctos, quàm Fidei ſcientiâ, quàm operum diſciplinâ. Sanè hoc inito conſilio, non alios, quantùm fieri poteſt, quàm qui in ſanctitate & juſtitia, per ordinatiſſimos Eccleſiaſticæ Militiæ gradus, ſtatis intervallis ambulaverint, ac piè & fideliter in miniſterijs anteactis ſe geſſerint, ad Sacerdotium aſſumi, Sacraſq; Ordinationes, juxta priſcum Eccleſiæ morem, præſcriptis à Jure temporibus, orationi & jejunio conſecratis haberi cupientes, ſeveriorem quandam in concedendis Indultis ſuſcipiendi Sacros Ordines extra Tempora hujuſmodi, & Interſtitijs ad id deſignatis, minimè ſervatis, ultrò Nobis propoſuimus adhibendam rationem, quâ videlicet ſervatâ, antè meritum laboris, antè tempus examinis, antè experientiam diſciplinæ, Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nec unquàm

heri Sacrilegi, hodiè Sacerdotes, hodiè Sacrorum Antiſtites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes Diſcipuli, ſimul ac Magiſtri pietatis creentur; ſed ij tantùm juxta conſtitutas à Majoribus Leges, ab humili gradu fidelis Populi, ad Sacrarum Adminiſtrationum ſublimitatem promoveantur, qui poſt mutatum habitum Sæcularem, diuturnâ converſatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, quæ poſtmodùm alios docere tenentur. Cæterùm per ea ipſa Indulta, quæ ſuper præmiſſis parciùs quidem, & ex certis tantùm & magis rationabilibus cauſis concedere decrevimus: Contrariâ quâvis illorum interpretatione penitùs improbatâ, ſalutarem illam, quam Sacri Generalis Trident. Concil. Decreta de non Ordinandis ad Patrimonij titulum, niſi tantùm illis, quos Epiſcopi pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum aſſumendos judicaverint, præſcribunt diſciplinam nequaquàm relaxatam intelligi, qui-

ni mò

nimò nè unquàm ad Indulta hujusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper eorundem Episcoporum, quorum Conscientias hac in re strictissimè oneratas voluimus, prorsùs relinquere declaravimus, sperantes in Domino eos, qui juxta Apostoli monitum nemini citò manus imponendas esse probè norunt, sibi, & universo gregi attendentes, in quo eos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam DEI, reverenda ipsis Spiritibus Angelicis Ministeria ab hominibus sinè consideratione apprehendi nunquàm permissuros, nec temerè præripi passuros, quæ vita probata duntaxat accipere promeretur. Omnes insuper & singulos, cujuscunq; tandem gradûs, ordinis, & dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratia, Sacros Ordines præfatos, extra eadem Tempora conferendi, vel aliјs, ut illos sic conferre valeant, indulgendi potestas fieri consvevit, cum Divinos Ordines largiri, districti semper judicij oporteat, seriò monitos

volumus, ut præscriptos sibi desuper in suis quiq; Facultatibus, terminos religiosè custodiant, nec eos cujusvis consvetudinis, aut exempli prætextu ullatenùs transgrediantur; verùm quò impensiùs Apostolicæ Gubernationis Curam, & cogitationes in hoc intendimus, eò majori cum Animi Nostri dolore, ex quam plurium Venerabilium Fratrum Nostrorum Archiepiscoporum & Episcoporum in diversis Regionibus existentium, delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quotidiè malignari inimicum in Sancto, Sacrilega scilicet illorum impudentiâ in dies crescente, qui propriæ salutis immemores, Clericales Ordines sibi forsan à proprijs Præsulibus denegatos, seu quos aliquibus Canonicis sibi obstantibus impedimentis denegari meritò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ JESU Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent, Oves, in Animarum suarum perniciem quærẽtibus, nec tot Canonicas damnationes, contra usurpatores alienæ Plebis homi-

nes

nes latas perhorrescentibus, absq; suorum Prælatorum commeatu, hoc est in Dimissorijs, Commendaticijsquè eorum Literis destituti, quinimò ijs inscijs, & sæpè etiàm invitis, sub minùs legitimis Beneficij Ecclesiastici, originis, domicilij, seu etiàm familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Episcoporum commensalitatis, quæsitis titulis, in Sacrarum Legum fraudem & contemptum, illegitimè suscipiunt, atq; ita non intrantes per ostium, & nihilominùs Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, Sacrificium in Sacrilegium convertunt, judicium absquè misericordia sibi consciscunt, DEOq; minimè placentes, & placare tamèn velle præsumentes, non modò Eum non placant, sed magis irritant, dùm videntur in cordibus suis dicere: Non requiret. *Hinc est, quòd Nos ex commissæ Nobis Divinitùs Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, & scandala hujusmodi penitùs, & omninò è medio tollere, ac irreligiosam contrafacien-*

tium audaciam, quantum Nobis ex Alto conceditur, compescere & reprimere volentes, necnon fel. rec. URBANI VIII. contra Maleordinantes, & Maleordinatos, quæ incipit: Secretis &c. *aliorumquè Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, ac etiàm Conciliaribus hac in re editis Constitutionibus & Ordinationibus inhærentes, illasq́; quo ad ea, quæ præsentibus non adversantur, quatenùs opus sit invocantes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ejusdem Concil. Trid: Interpretum, qui quæcunquè antèhac super præmissis, ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus Casibus edita Decreta, Declarationes, seu Responsa, ad earundem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & ex matura deliberatione Nostris, deq́; Apostolicæ Potestatis plenitudine, ad Omnipotentis DEI Gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinæ instaurationem, Populiquè*

pulique

puliquè totius Christiani ædificationem, hac generali Nostrâ & perpetuò valiturâ Constitutione decernimus, & declaramus, nulli Episcopo, seu cuivis Loci Ordinario, tametsi Cardinalatûs honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac sibi ratione originis, domicilij, juxta modum inferiùs declarandum legitimè contracti, non subditum, ad Clericalem Tonsuram promovere, cujusvis Beneficij Ecclesiastici, ei statim, ac Tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is à Patronis jàm Præsentatus, seu Nominatus fuerit, prætextu etiàmsi Beneficium prædictum de novo, eâ expressè adjectâ Lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediatè post Clericalem Characterem susceptum ad illud instituatur. Præterea Clericum, qui legitimè à proprio Episcopo ad eandem Clericalem Tonsuram, seu etiàm ad Minores Ordines promotus fuerit, non possè ab alio Episcopo, ratione, ac titulo cujuscunquè Beneficij, in illius Diœcesi obtenti, ad

ulterio-

ulteriores Ordines promoveri, nisi antè eorundem susceptionem, testimoniales Literas proprij Episcopi, tàm originis, quàm domicilij, super suis natalibus, ætate, moribus, & vita, sibi concedi obtinuerit, easq; Episcopo Ordinanti, in Actis illius Curiæ conservandas exhibuerit. Licet verò Clericus ratione cujusvis Beneficij in aliena Diœcesi obtenti subijci dicatur Jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen hac in re inconcussè servari volumus regulam, ut nemo subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit reditûs, ut ad congruam vitæ sustentationem juxta Taxam Synodalem, sivè eâ deficiente, juxta morem Regionis, Promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudq; ab Ordinando pacificè possideatur, sublatâ quâcunquè facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficij, cum adjectione Patrimonij etiàm

pinguis,

pinguis, quod ipse Ordinandus, in eadem, seu alia quavis Diœcesi obtineret, ac Episcopus sic Ordinans, tàm de prædictis Testimonialibus Literis, quàm de reditu hujusmodi Beneficij, expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit. Ceterùm Subditus ratione originis is tantùm sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodò ibi natus non fuerit, ex accidenti occasione, nimirùm: Itineris, Officij, Legationis, mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Parentis in illo loco, quo casu nullatenùs ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quodsi quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti sicut præmittitur, natus, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiàm ab Ordinario ejus Loci Literas testimoniales ut su-

pra obtinere, illaſq; Epiſcopo Ordinanti, per eum in collatorum Ordinum teſtimonio ſimiliter recenſendas præſentare teneatur. At ſi Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus eſt, tamdiu, ac eo animo permanſerit, ut inibi verè domicilium de Jure contraxerit, tunc origo Patris, vel domicilium per Patrem legitimè ut præfertur contractum, pro Ordinatione ejusdem filij attendi debeat. Subditus autem ratione domicilij ad effectum ſuſcipiendi Ordines, is tantùm cenſeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamèn ſtabiliter adeò conſtituerit in aliquo loco, ut vel per decennium ſaltèm in eo loco habitando, vel majorem rerum, ac Bonorum ſuorum partem cum inſtructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibiquè inſuper per aliquod conſiderabile tempus commorando, ſatis ſuperquè ſuum perpetuò ibidem permanendi animum demonſtraverit; & nihilominùs ulterius utroquè caſu ſe verè & realiter animum hujusmodi habere, jurejurando affir-

do affirmet. Si quis tamèn à propriæ originis loco in ea ætate discesserit, quâ potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarij originis suæ testimoniales Literas, ut supra, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum Literis facienda erit. Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum familiarem suum, ad aliquos Sacros, seu Minores Ordines, vel etiam Primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat, absq́ ejus proprij originis scilicet, vel domicilij Prælati Testimonialibus Literis, ut supra, & nisi ad præscriptum Concil. Trident. præfati Seſſ. 23. Capite 9. de Reform. *familiarem prædictum, per integrum & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit: Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam juxta modum superiùs præfinitum sufficiat, quacunquè fraude cessante, statim, hoc est saltìm intra terminum unius Mensis,*

à die factæ Ordinationis, re ipsâ illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi testimonio, expressam itidem familiaritatis, ac Literarum prædictarum mentionem facere teneatur. Porrò ut quicunquè fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Authoritate Apostolicâ statuimus, atq; decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, sivè domicilij subditos Clericos, quoscunq; ab alienis Episcopis quâvis Authoritate etiàm cum suis Commendatitijs Literis promotos, nè dum ad formam Concilij Tridentini suprascripti Sess. 14. Cap. 3. de Reform. *quò ad scientiam examinare valeat, verùm etiàm Ordinum eis collatorum Testimoniales Literas gratis tamen recognoscere, ac diligenter perquirere, an quò ad illos, præsentis Constitutionis forma & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic Promotis termino competenti, ei magìs benè viso, ad docendum de ejusmodi adimplemento ita, ut quos eo termino elapso, id minimè præstitisse compererit, à suscepto-*

rum

rum Ordinum exercitio, ſi ita & quamdiu expedire ei videbitur, ſuſpendere, illiſquè nè in Altari, aut in aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit. Ita verò præmiſſa omnia & ſingula perpetuò, ac inviolabiliter obſervari, atquè adimpleri volumus, ut ſi quid in iiſdem præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſecus fiat, Ordinans quidem à Collatione Ordinum per Annum, Ordinatus verò à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipſo ſuſpenſus ſit, aliiſq́; gravioribus inſuper pœnis pro modo culpæ, Noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Arbitrio infligendis, uterq́; ſubjaceat. Decernentes pariter eaſdem Literas præſentes, ſemper firmas, validas & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſquè plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunq́; ſpectabit, in omnibus & per omnia, pleniſſimè & inviolabiliter obſervari, ſicquè, & non aliter per quoſcunquè Judices Ordina-

rios, & Delegatos, etiàm Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiàm de Latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuntios, aliosvè quoslibet quacunquè præeminentiâ & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi Facultate & Authoritate, ubiquè judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his, à quopiam quavis Authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiàm juramento, Confirmatione Apostolicâ, aut quavis aliâ firmitate roboratis Statutis & Consvetudinibus, Privilegijs quoquè, Indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscunquè verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiàm derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq;, & alijs Decretis, etiàm motu, scientiâ, & potestatis plenitu-

dine

dine paribus, in genere, vel in ſpecie, ſeu aliàs quomodolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq́; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſervanda ad hoc foret, illorum omnium & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur & inſererentur, nihil penitùs omiſſo, & formâ in illis traditâ, obſervatâ, eiſdem præſentibus pro expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus: Cæteriſq; Contrarijs quibuſcunq;. Volumus autem, ut præſentes Literæ in valvis Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ de

Urbe,

Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur. Sicquè publicatæ & affixæ, quos illæ concernunt, perindè arctent & afficiant, ac unicuiq; eorum nominatim & personaliter intimatæ fuissent, quodquè earundem præsentium Transumptis, seu exemplis, etiàm impressis manu alicujus Notarij *subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides, tàm in Iudicio, quàm extra illud, ubiq; adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, & ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Decretorum Nostrorum, Declarationis, Voluntatis, Statuti, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum Ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Sexcentesimo, No-*

nagesi-

nageſimo Quarto, pridie Nonas Novembris, Pontificatûs Noſtri Anno quarto. B. Card. Prodatarius. J. F. Card. Albanus. Viſa de Curia Sacripantes Locus + Plumbi. D. Campinus. Regeſtrata in Secretaria Brevium. Anno à Nativitate Domini Noſtri IESU Chriſti 1694. *Indictione Secundâ, Die* 6. *Menſis Novembris, Pontificatûs autem SSmi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Dñi* INNOCENTII, *Divinâ Providentiâ Papæ* XII. *Anno* 4. *Supradictæ Literæ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Eccleſiæ S. Ioannis Lateranen. Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in alijs Locis ſolitis & conſvetis Urbis per me Thomam Orlandum, ejusdem SSmi Dñi Noſtri Curſorem.*

Franciſcus Antonius Simoncellus
Magiſter Curſorum.

De Seminarijs Gnesnensi & Łoviciensi.

SAtis clarè & luculenter Sacrum Concilium Tridentinum *Seſſ.* 23. *Cap.* 18. *de Reform.* exponit, quàm magnam in promovendo Cultu Divino utilitatem, & decus Ecclesiæ, ac Diœcesibus, Seminaria instituta adferant, ad quorum Erectionem, conservationem, & propagationem, obligavit & obstrinxit tàm Sæculares, quàm Regulares Prælatos, & Beneficiatos, ut pensiones in sustentationem Alumnorum eorundem Seminariorum, pro modo facultatum, ex suis Dignitatibus & Beneficijs præstarent. Hinc Nos pro debito Muneris Nostri fecimus Ordinationem Seminarij Gnesnensis, per Prædecessorem Nostrum, piæ memoriæ Stanislaum

nislaum Karnkowſki, fundati, cui in poſterùm dirigendo Reverendos Sacerdotes Congregationis Miſſionis, Authoritate Noſtrâ Ordinariâ, cum Conſenſu Venerabilis Capituli Noſtri Cathedralis Gneſnenſis adhibuimus & præfecimus. Pariter & aliud Seminarium, ſub cura & directione eorundem Sacerdotum Congregationis Miſſionis, hîc Łovicij, per Eminentiſſimum Cardinalem Radźiejowſki, Prædeceſſorem Noſtrum, magnificè fundatum, & dotatum, eâdem Authoritate Noſtrâ Ordinariâ, ſervatis ſervandis ereximus. Et ut taliter ordinata & erecta maneant, & vigeant in perpetuum, ac pios, ſtrenuos & diligentes Operarios in Vineam Domini proferant, Authoritate præſentis Synodi eadem Seminaria approbamus, & confirmamus. Porrò ut pro commodiori & ampliori ſuſtentatione Alumnorum in Seminario Gneſnenſi manſurorum, exactiones penſionum, juxta Synoda-

nodales, Karnkovianam, & Gembiccianam Conſtitutiones, per Proviſores ejuſdem Seminarij reaſſumantur, ultra Fundationes in Erectione & Ordinationibus ſpecificatas, volumus & decernimus.

De Vicarijs & eorum Proviſionibus.

EXperientia docuit, quòd multi Præpoſiti, & Parochi, Aſpirantibus ad Sacros Ordines, Vicariatuum Proviſiones, ad Eccleſias ſuas in Titulum Canonicum, Officiosè inſcribere ſoliti fuerint; poſt ſuſceptum verò Sacri Presbyteratûs Ordinem, partìm eoſdem ſuos Vicarios Proviſos, privatâ Authoritate, ſinè Scitu & Conſenſu Sedis Ordinariæ amoverint; partìm etiàm Proviſi Vicarij prò libitu ſuo, hujusmodi Proviſiones per ſeipſos juratas, non ſinè manifeſto perjurio, & gravi Animarum

marum ſuarum periculo, deſerere, & ab Eccleſia ad Eccleſiam, quærendo ſtipendia, vagari cum Statûs dedecore conſveverint. Quare tollendo iſtum execrabilem & damnoſiſſimum Eccleſijs abuſum, ordinavimus, & deſuper Proceſſum Noſtrum per totam Archidiœceſim, die 7mâ Augusti, Anno 1718. extradidimus, ut tàm Proviſor ſuper realitate inſcriptæ Proviſionis, & ſuper non amovendo Proviſo ſinè Conſenſu Noſtro in ſcriptis obtento, quàm & Proviſus ſuper non deſerenda eadem Proviſione, & Vicariatu ejuſdem Eccleſiæ, ad quem Ordinatus fuerit, uſquè ad aſsecutionem alterius Beneficij Eccleſiaſtici, cum Inſtitutione in hac Archidiœceſi, Juramentum Corporale, in Officio Ordinario præſtare teneantur. Quæ Ordinatio Noſtra, tanquàm diſpoſitioni Concilij Tridentini *Seſſ.* 23. *Cap.* 16. *de Reform.* conformis, ut perpetuò obſervetur inviolabiliter, præſens Synodus ſtatuit

& decernit, ſub pœna contra perjuros, in Jure ſancita, & Suſpenſionis à Divinis, ipſo facto, tàm per Amoventes ab Eccleſijs ſinè ſcitu, prout ſuprà Proviſos, quàm per deſerentes hujusmodi Proviſiones, incurrenda, ac captivationis eorum, qui deprehenſi fuerint, etiàm in aliena Diœceſi.

De Tranſeuntibus ad alias Diœceſes.

COntingit plerumquè Sacerdotes, & Clericos, ſivè conſcientiâ delictorum, ſivè terrore pœnarum, per Sententias inflictarum, ſivè alio quovis prætextu, deſertis ſuis Beneficijs, ſeu Titulis Canonicis, ad quos Ordinati ſunt, in alias Diœceſes, clandeſtinè, inſciâ & inconſultâ Sede Ordinariâ, migrare. Cùm autem id vergat in defraudationem, & enorme præjudicium Eccleſiarum, Authoritate Synodi decernitur

tur

tur, ut nullus Presbyter, ſivè Clericus, ad hanc Archidiœceſim, ſinè ſui proprij Ordinarij Teſtimonialibus, ſivè Dimiſſorijs in ſcripto obtentis recipiatur, & ad Divina celebranda, ac Sacramenta adminiſtranda, multominùs ad Beneficium quodvis admittatur, juxtà præſcriptum Sacroſancti Concilij Tridentini ſuprà citatâ *Seſſ.* 23. *Cap.* 16. *de Reform.* ſub pœna ſuſpenſionis per recipientem, ſeu admittentem incurrenda. Quod & ab alijs Jlluſtriſſimis & Reverendiſſimis DD. Ordinarijs Diœceſanis obſervari cupimus, & ſimiliter cum Deſertoribus Noſtræ Archidiœceſis ipſo facto ſuſpenſis, facturos eſſe confidimus. Si verò aliqui Deſertores reperti fuerint, etiàmſi Beneficia Eccleſiaſtica in aliena Diœceſi adepti ſint, Archidiœceſi Noſtræ reſtituantur.

De

De Sacramentorum Adminiſtratione.

ET ſi diſtinctè ſatis & graphicè præſcribat ſæpelaudata Epiſtola Paſtoralis Maciejoviana de Adminiſtratione Sacramentorum: Tamèn & præſens Synodus diſtrictè præcipit, ut inter alia, & ſequentia obſerventur.

Circa Sacramentum Baptiſmi, prohibet Parochis, Vicarijs, ſeu quibusvis Presbyteris, nè in domibus privatis, niſi fortè in ſola gravi neceſſitate, & in periculo, adminiſtretur, ſed in Eccleſia Parochiali ritu conſveto. Item nè ob expectationem Patrinorum, ſeu ob alias aliquas cauſas, Cæremoniæ & Ritus in Adminiſtratione hujus Sacramenti ab Eccleſia obſervari ſoliti, ad aliquot Septimanas, ſeu Menſes, ut ſæpè fit, multominùs ad Annos aliquot differantur.

Circa

Circa Sacramentum Pœnitentiæ, ultra antecedenter demandata, obſervetur, nè in cellis, vel locis obſcuris ſeu in Sacriſtijs, excipiantur Confeſſiones à Chriſti Fidelibus laicis, præſertìm à mulieribus, ſed in loco publico Eccleſiæ, in Confeſſionali.

Circa Sacramentum Euchariſtiæ, ut claves à Ciborio nemini tradantur, ſed penes ſolos Parochos, ſeu eorum Vicarios, perpetuò maneant, ſivè in Sacriſtia in aliquo armariolo aſſerventur, ita, ut à laicis nefas ſit eaſdem claves habere. Quod etiam & de clavibus ab Oleis Sacris obſervetur.

Circa Sacramentum Matrimonij, ut benedicatur horis antemeridianis inter Sponſos jejunos, & ſi in die Dominico, aut Feſto, inter ſatisfacientes Præcepto Eccleſiæ quo ad audiendam Miſſam: Item ut in Eccleſia, non in ædibus privatis, niſi ſpecialiter Authoritate Ordinariâ cum aliquibus deſuper fuerit diſpenſatum; idquè ſub pœnis graviſſimis.

De Eccleſijs deſolatis.

COnſtat Nobis ex Viſitatione Generali per totam Archidiœceſim peracta multas Eccleſias Parochiales, ſignanter in majori Polonia, in Archidiaconatibus Gneſnenſi & Caliſſienſi, ita deſolatas extare, ut legitimis à multo tempore orbatæ Rectoribus, in ſuis tantùm ſepultæ ruinis conſpiciantur; & quas Majorum pietas ad Cultum Divinum, ad Salutis humanæ miniſterium, & ad Animarum ſuarum Suffragium erexit, has incuria, negligentia, & injuſtitia Poſterorum in abominationem deſolationis converti fecit, & permiſit. Huic malo pro Munere Noſtro occurrere volentes, extraordinarios Viſitatores præciſè ad hujusmodi deſolatas & vacantes Eccleſias deputavimus, cum Commiſſione ineundi rationes, quæ Eccleſiæ ex his extinguendæ, quæ alijs uniendæ,

quæ

quæ de legitimis Rectoribus providendæ forent. Habitâ itaq; fideli relatione, quòd nonnullæ Ecclesiæ Parochiales desolatæ, adeò tenuium redituum esse reperiantur, ut nullatenùs illis Parochus ali & sustentari valeat. Proindè inhærendo aperto textui Sacrosancti Concilij Tridentini *Sess.* 21. *Cap.* 5. *de Reform.* ac Constitutionum Provincialium, easdem Ecclesias alijs Parochialibus vicinioribus incorporandas & inviscerandas esse constituimus, hujusmodiquè Incorporationem & Unionem, vocatis, qui de Jure fuerint vocandi, coram Nobis fieri volumus, & nunc dispositivè præcipimus.

De novis Capellis in Ecclesijs vel ad Ecclesias non ædificandis.

CONstitutionem Synodi Węźykovianæ

Anni 1628. de hujusmodi novis Capellis sinè Consensu Ordinarij non ædificandis, per omnia reassumendam esse præsens Synodus decernit, injungendo Parochis, ut quàm exactissimè observetur; tùm quoquè præcipit, nè Altaria ultra necessitatem in Ecclesijs ædificentur; sed si quis Benefactorum pro tali ædificatione quidquam conferre voluerit, rogetur, ut id pro conservatione Ecclesiæ, vel alia necessitate intùs & extra magîs urgenti, impendat.

De Commendis Ecclesiarũ Parochialiũ.

QUantùm detrimenti, desolationis, ac ruinæ allatum sit Ecclesijs Parochialibus istius Archidiœcesis, per longas nimis earum Commendas, palàm est omnibus, signanter in Gnesnensi, & Calissiensi Archidiaconatibus. Inhærendo itaq;

taq; Synodus præsens Statutis anterioribus, tàm Provincialibus, quàm Archidiœcesanis, seriò prohibet, & abrogat omnes Commendas earundem Ecclesiarum Parochialium quovis modo vacantium, ultra sex Menses, & ultra unam vicem tantùm, à quovis Officio datas, seu in posterùm dandas. Aliàs tàm Concedens, quàm Accipiens Commendas ultra sex Menses, & ultra unam vicem tantùm, à Divinis ipso facto sit suspensus. Quodsi Patroni & Collatores, ad vacantes Ecclesias Parochiales, intra tempus quatuor, Sæculares, Spirituales verò, sex Mensium, Personas idoneas, pro JurePatronatûs suo non præsentaverint; extunc Officium Ordinarium ad Provisionem de legitimis Rectoribus Jure devoluto procedat, & nunquàm patiatur Parochialem Ecclesiam, ultra sex Menses vacare.

De Patronis & Collatoribus.

MUneris ſui eſſe ſciant DD. Patroni & Collatores Eccleſiarum, ut quoties Beneficiorum, ad quæ ipſis Juspræſentandi competit, vacatio, ſivè per ceſſum, ſivè per deceſſum obtinentis occurrerit, Perſonas idoneas, vitæ probitate & ſufficientiâ doctrinæ conſpicuas, intra tempus à Jure definitum, ab Officio Ordinario ſervatis ſervandis inſtituendas, præſentent, nè tàm in Spiritualibus, quàm in temporalibus, hujusmodi Beneficia aliquod detrimentum patiantur. Caveant etiàm cum Præſentatis, de alienandis hoc nomine, aut non repetendis ab eis Bonis, ſeu Juribus Eccleſiæ, Decimisquè manipularibus in pecuniarias convertendis, aut earum minuendo pretio, tranſigere; ſtipulationes abſconditas facere, vel promiſſiones ali-

quas,

quas, aut oblationes qualicunquè prætextu & colore palliatas elicere; per hoc enim crimen enorme Simoniæ, DEO abominabile, & Ecclesiæ præjudiciosissimum committitur, & tàm Præsentans Jus suum, quàm Præsentatus, ob tàm atrox delictum perdunt. Et præterea Præsentatus, si quæ alia Beneficia habuerit, eadem ipso Jure juxta rigorem Sacrorum Canonum amittit, & ad obtinenda in posterum inhabilis efficitur. Jura, & Bona Ecclesiarum, prout & claves ab ijsdem Ecclesijs, secutâ vacatione, non sibi, prout hactenùs pravo more attentabatur, aut derelicta Beneficiatorum usurpent, Decanosquè, seu Seniores Decanatuum Parochos, quorum Officij est, occurrente vacatione, Jura & Supellectilem Ecclesiasticam, tùm & Plebanatûs connotare & inventare, claves ab Ecclesia tenere, nec impediant, nec aliquâ conquisitâ industriâ præveniant. Secùs facientes Synodus præsens, pœnis in Decreto

creto SS. Concil. Trident. *Seſſ.* 22. *Cap. 11. de Reform.* latis, ipſo facto ſubjectos eſſe declarat. Et ad omnem meliorem effectum, contextum ejusdem Decreti, jàm aliàs per Conſtitutiones Provinciales, & ſignanter per Gembiccianam Anni 1621. publicari injuncti, hîc inſeri mandat de tenore tali: *Si quem Clericorum, vel Laicorum; quâcunquè is Dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantùm malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Eccleſiæ, ſeu cujusvis Sæcularis, vel Regularis Beneficij, Montium Pietatis, aliorumquè piorum Locorum Iurisdictiones, Bona, Cenſûs, ac Iura etiam feudalia & emphyteutica, fructus, emolumenta, ſeu quascunquè obventiones, quæ in Miniſtrorum & pauperum neceſſitates converti debent, per ſe, vel alios, vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas Perſonas Clericorum, aut Laicorum, ſeu quacunquè arte, aut quocunquè quæſito colore, in proprios uſus convertere,*

illosquè

illosquè usurpare præsumpserit, seu impedire, nè ab ijs, ad quos Iure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu Iurisdictiones, Bona, res, Iura, fructus, & reditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocunquè etiàm ex donatione suppositæ Personæ pervenerint, Ecclesiæ, ejusq; Administratori, sivè Beneficiato, integrè restituerit, ac deindè à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem Ecclesiæ Patronus fuerit, etiàm Iurepatronatûs ultra prædictas pœnas, eo ipso privatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat, necnon quibuscunquè Beneficijs privatus sit, & ad quæcunquè alia Beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum Ordinum executione, etiàm post integram satisfactionem & absolutionem, sui Ordinarij Arbitrio suspendatur.

De Obſervatione Feſtorum.

SAncita omnia, tàm in Provincialibus, quàm in Archìdiœceſanis Synodis de Obſervatione Feſtorum, Authoritate præſentis Synodi reaſſumuntur. Et inter alia Sancitum Synodi Provincialis, Joannis de Łaſko, olim Prædeceſſoris Noſtri, Anni 1511. de Feſtivitate S. Franciſci perpetuis temporibus celebri, & ab omnibus Chriſti Fidelibus celebranda. Item Sancitum de Nundinis vulgò *Iármárki*, & de foris hebdomadalibus vulgò *tárgi*, diebus Dominicis & Feſtis non ponendis, ſed pro antecedentibus, vel ſubſequentibus diebus ferialibus transferendis, ſub pœna Excommunicationis *in Conſtit. Provinc. Lib.* 2. *Tit. de Feryjs.* promulgata. Item ut diebus Dominicis & Feſtis claudantur Officinæ Mercatoriæ, & aliæ artificiales; abſint in taber-

tabernis compotationes, & ſaltationes, quæ inveterato, ſed peſſimo more, maximè, dùm in Eccleſijs Divina peraguntur Officia, attentantur. Erubeſcant hæc facere Chriſtiani, quæ nec Gentiles, nec Judæi faciunt. Alioquin juxta Divum Auguſtinum: *Laborare præſtaret, quàm peccare, & arare, quàm ſaltare.*

De Hoſpitali Sacerdotum.

EXſtantibus Statutis Synodalibus glorioſæ memoriæ Prædeceſſorum Noſtrorum, Laurentij Gembicki, Joannis Wężyk, & Matthiæ Łubieńſki, de Hoſpitali Pauperum & Senio confectorum Sacerdotum; Fundationibus verò pro ſuſtentatione, & reclinatorio eorundem Sacerdotum totaliter lapſis, & oblivioni adeò datis, ut nec veſtigium earum ſuperſit. Ad

inveſtigandas hujusmodi Fundationes, Authoritate præſentis Synodi, Jlluſtres & Admodùm Reverendi Franciſcus Szczepański Canonicus Łoviciensis, & Simon Trzećiák Canonicus Supranumerarius Łoviciensis, ad S. Spiritum Præpoſitus, deputantur; & nihilominùs præfata Statuta in ſuo robore conſervantur.

Inſuper, quandoquidem ex vi originalis Fundationis per Præmyslum Ducem Poloniæ, Anno 1242. factæ, Hoſpitale pro pauperibus Studioſis & infirmis, ad Eccleſiam S. Joannis, antè muros Gneſnenſes inſtitutum, in poſſeſſionem Canonicis Regularibus Cuſtodibus Sepulchri Hieroſolymitani, Conventûs Miechovienſis, ſalvo Jure Archiepiſcopali, & Capituli Gneſnenſis, tanquàm ejusdem verorum Hæredum, ut benè regeretur, traditum, ad præſens extinctum fermè eſſe cernitur, cumquè per viciſſitudines rerum & temporum, Civitas Gneſnenſis ferè ad

extre-

extremam quaſi pervenerit deſolationem, nec in ea Studioſi, qui ex vi Fundationis in dicto Hoſpitali foveantur, ſunt reperibiles. Ptoindè nè hujusmodi pia Fundatio defraudetur, decernit præſens Synodus, quatenùs D. Præpoſitus S. Joannis, ſeu, ut illum originalis Fundatio præfata vocat, Magiſter Hoſpitalis, ad minimùm quinquè Sacerdotes Archidiœceſanos ſenio confectos, laboribus Eccleſiaſticis fractos foveat, impenſaſquè pro Studioſis converſas, ad commoditatem eorundem Sacerdotum convertat, ſub ſequeſtratione Villarum ad idem Hoſpitale pertinentium, per Capitulum Metropolitanum Gneſnenſe Executioni mandanda, exceptis illis Villis, quæ ſolum Præpoſitum concernunt.

Xenodochium quoquè pro ijsdem Sacerdotibus Senio & laboribus confectis, circa Eccleſiam Collegiatam Choczenſem appientiſſimè fundatum & erectum approbatur, & ut D. Præpoſitus cum Capitulo

Choczenſi, in defectu talium Sacerdotum ex ſua Eccleſia, foveat alios ex Archidiœceſi, obligatur ad præſcriptum Erectionis.

De Executoribus Teſtamentorum.

MEritoriam coram DEO, & laudabilem coram hominibus Functionem ſuſcipiunt, qui in exequendis Morientium Teſtamentis, ſuam operam ex amore proximi impendunt, nec alio inordinato fine præſtant. Hi tamèn Executores ultimarum Voluntatum in Bona Defunctorum non priùs ſe intromittant, quàm de illis, ut cavetur Conſtitutionibus Provincialibꝰ *L.3.de Teſt.* Inventariũ confecerint, à ſe, & Teſtibus fide dignis ſubſcriptum, & priuſquàm circa procurationem Approbationis Teſtamenti ab Officio Ordinario licentiam ad id obtinuerint, ipſa

autem

autem Executio Teſtamentorum, ultra Annum non prorogetur, & tunc calculum de perceptis & expenſis poſt defunctum Clericum derelictis, coram Officio Ordinario etiàm non Citati faciant. Et quoniam omnes Beneficiati meliorem conditionem ſuorum Beneficiorum relinquere tenentur: Proindè nullatenùs Teſtamenta per Officium Ordinarium approbentur, priuſquàm quod clavo fuerit affixum, tùm neceſſaria ad rem familiarem, atq; agriculturam, deniquè boves, vaccæ, equi, & reliqua, pro Inventario Beneficij aſſignentur, per Executoreſq; in fundo relinquantur, ſub pœna Compenſationis irremiſſibilis de proprio, ſi ſecùs fecerint, & alijs arbitrarijs.

De Regularibus.

Circa Ordines.

SIquidem Superiores Regulares, ad quos perti-

pertinet Subditis ſuis Dimiſſoriales pro Ordinibus obtinendis concedere, ſecundùm Conſtitutionem CLEMENTIS Papæ VIII. die 25. Martij, Anno 1596. editam, ſub pœnis ibidem expreſſis eas dirigere teneantur, Subditoſq; ſuos pro Ordinatione mittere ad Epiſcopum Diœceſanum, intrà cujus Diœceſim Monaſterium ſitum eſt, & in quo manent, qui ad Ordines promovendi ſunt; niſi aliquando Epiſcopus à ſua Diœceſi abeſſet, vel Ordinationes non eſſet habiturus, aut Sedes Epiſcopalis vacaret; nàm nonniſi tunc licitum ſit prædictos Subditos ſuos ad Extradiœceſanum mittere, ſi tamen ijdem Regulares conſultò non diſtulerint conceſſionem ad illud tempus. Etſi Dimiſſoriales in aliquo ex caſibus prærecenſitis ad alium Epiſcopum non Diœceſanum dirigentur, in ijſdem ſpecificè adijciatur ratio abſentiæ Epiſcopi Diœceſani, aut Ordinationum ab ipſo tunc non haben-

darum

darum. Ideò præmiſſa juxta normam di-
ctæ Conſtitutionis per eos obſervari vo-
lumus.

Circa Confeſſiones.

PAriter etiam cum juxta Concilium Tridentinum *Seſſ:* 23. *Cap:* 15. *de Reform:* Regulares nequeant audire Confeſſiones Sæcularium, etiam Sacerdotum, niſi fuerint à Loci Ordinario approbati. Quapropter omnibus Religioſis cujuſcunq; Ordinis & Inſtituti, etiam Societatis JESU, ſeriò præcipimus, ut nullus Confeſſiones in Archidiœceſi Noſtra, ſub nullitate Abſolutionis excipere audeat, niſi fuerit à Nobis, vel Officio Noſtro Generali approbatus. Hortamur item in Domino, & præcipimus eiſdem Regularibus ſub pœnis *in Clement. Cupien. de pœnis.* ſtatutis, ut ipſi Confitentibus conſcientiam faciant de obligatione tradendi Decimas

ijs, ad quos ſpectant, etiamſi Confitentes taceant ſe dictas Decimas non ſolvere.

Circa Conciones.

NUllus etiam Regularis in propria Eccleſia prædicare audeat, niſi à Nobis priùs benedictionem petierit; in alijs verò Eccleſijs, quæ ſui Ordinis non ſunt, præter benedictionem, etiam licentiam à Nobis obtinere teneantur, ut vult prælibatum Concil. *Seſſ. 5. de Reform. Cap. 2. & Seſſ. 24. de Reform. Cap. 4.*

Circa Sepulturas.

NOn audeant Regulares quenquam inducere ad eligendam Sepulturam, ſeu illam electam non immutandam, ſub pœnis *in C. Animarum periculis de Sepult. in* 6. extenſis, neminemquè ipſis, in Eccleſijs ſuis, cum præjudicio Eccleſiarum

Paro-

Parochialium funerare licitum ſit, niſi illos, qui vigore Sepulturæ Majorum Suorum ibi ſepeliri debent, vel qui ſibi apud illos ſpontè & expreſsè ſepulturam elegerint, de qua electione vel per Teſtamentum ritè conditum, vel ſaltèm per duos Teſtes fide dignos conſtare omninò debebit. Corpora Mortuorū etiam illorum, qui apud ipſos Sepulturam habebunt, non vocato Parocho, & ſinè Cruce Parochiali levare, & ad Eccleſias ſuas deferre non præſumant. Sacroſanctum Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis Sacramentum noverint adminiſtrare non eſſe licitum ſibi, ſub pœna Excommunicationis.

Circa Delicta.

SCiant ſimiliter præfati Regulares extra Clauſtrum degentes & delinquentes, ſecundùm Concil. Trident. *Seſſ. 6. Cap. 3. de Reform.* à Nobis, tanquàm à S. Sedis A-

postolicæ Delegato animadverti in ipsos posse. Qui verò intra Claustrum degunt, & extra illud delinqvunt, ex Lege ejusdem Concilij *Sess. 25. de Regul.* à suo proprio Superiore, ad instantiam Nostram, & intra terminum à Nobis præfigendum rigorosè puniri, ac de punitione ipsum Superiorem suum Nos certiorem reddere debere. Sinsecùs, in delinquentem Nobis animadversionem integram manere.

Circa Indulgentias.

IJdem Regulares in Ecclesijs etiàm suis publicare Indulgentias non præsumant, donec priùs eas Nobis, vel Officio Nostro Ordinario præsentaverint, & indè publicandi illas, licentiam sibi impertitam habuerint, ad quod exspressè per Concilium Tridentinum *Sess.* 21. *Cap.* 9. obligantur; & si hæ Indulgentiæ exspiraverint, ijsdem uti sciant sibi non esse licitum, donec novæ impetrentur.

Circa

EXpositiones & Processiones cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento frequentes, sinè decenti apparatu & debita reverentia usitatæ in Ecclesijs Regularium, ex tàm nimia consvetudine fermè vilescere videntur, undè Cultus tàm præcelsi Sacramenti esse imminutus advertitur. Insistendo itaquè Declarationi per Breve gloriosæ memoriæ INNOCENTII Papæ X. de datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Aprilis, Anno 1645. pro Regno Poloniæ emanatum, prohibemus, nè quis sinè Nostra, vel Officij Nostri Generalis Licentia, cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento Processiones facere præsumat, præter in Festo & per Octavam SS. Corporis Christi, in Festo Patroni Ecclesiæ, sub cujus invocatione illa erecta est. In Ecclesijs Regularium, etiam in Festis SS. Patriarcharum eorundem Ordinum,

num, tùm & aliorum Sanctorum sui Ordinis ab Ecclesia Canonisatorum, pariter in illis Ecclesijs, ubi Confraternitates sub Invocatione Beatissimæ Virginis MARIÆ institutæ sunt, si talis consvetudo recepta in Festivitatibus ejusdem Gloriosissimæ DEIparæ, Expositiones & Processiones fieri annuimus; necnon in diebus Quadragesimæ, quando in aliqua Ecclesia Devotio, communiter nuncupari solita Passio, peragitur. Item si Confraternites sub Titulo aliquorum Sanctorum Canonicè erectæ fuerint, licitum maneat illis Confraternitatibus in die Principalis Patroni à primis Vesperis usquè ad secundas; in reliquis verò quatuor solennioribus Festivitatibus, quæ consveverunt adjungi, Processio cum Expositione SSmi Sacramenti demanè tantùm fiat.

De

De Clausura Monialium.

QUæ de Clausura Sanctimonialium, tàm in SS. Generali Concilio Tridentino, quàm in Constitutionibus Summorum Pontificum Statuta sunt, ut in posterùm exactè observentur, Authoritate præsentis Synodi recensentur.

Et primò quidem Decretum Concilij Tridentini *Sess. 25. Cap. 5. de Regular.* de tenore tali: *BONIFACII VIII. Constitutionē, quæ incipit*: Periculoso, &c. *renovans Sancta Synodus, universis Episcopis sub obtestatione Divini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus Monasterijs sibi subjectis, Ordinariâ, in alijs verò Sedis Apostolicæ Authoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maximè procurent; inobedientes atquè*

contra-

contradictores, per Censuras Ecclesiasticas, aliasquè pœnas, quacunquè Appellatione postpositâ, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis. Quod auxilium, ut præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur Sancta Synodus, & sub Excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, omnibus Magistratibus Sæcularibus injungit. Nemini autem Sanctimonialium liceat post Professionem exire à Monasterio, etiam ad breve tempus quocunq; prætextu &c. nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, Indultis quibuscunq; & Privilegijs non obstantibus. Ingredi autem intra septa Monasterij, nemini liceat cujuscunquè generis, aut conditionis, sexûs, vel ætatis fuerit, sinè Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub Excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantùm Episcopus vel Superior licentiam debet in casibus necessarijs, nequè alius ullo modo possit, etiam vigore cujus-

cunquè

cunquè facultatis, vel Indulti hactenùs concessi, vel in posterùm concedendi. Et quia Monasteria Sanctimonialium extra mænia Vrbis vel Oppidi constituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus sinè ulla sæpè custodia sunt exposita, curent Episcopi & alij Superiores, si ita videbitur expedire, ut Sanctimoniales ex ijs ad nova vel antiqua Monasteria intrà Vrbes vel Oppida frequentia reducantur, invocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachij sæcularis. Impedientes verò, vel non obedientes, per Censuras Ecclesiasticas parere compellant.

Secundò. Constitutio Sancti PIJ V. Papæ, ut seqvitur: *Circa Pastoralis Officij & infra. Hac igitur perpetuò valiturâ Constitutione, inhærentes etiam Constistitutioni felicis recordationis BONIFACII Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, quæ incipit:* Periculoso *&c. Decretis Concilij Tridentini supra de Clausura Monialium editis, Authoritate Apostolicâ tenore præsen-*

tium ſtatuimus, atq; perpetuò decernimus, univerſas & ſingulas Moniales præſentes atq; futuras, cujuſcunq; Religionis, Ordinis, vel Militiarum, etiam Hieroſolymitani ſint, vel quæ jam receptæ ſint, vel in poſterum in quibusvis Monaſterijs, ſivè Domibus recipientur, & tacitè vel expreſsè Religionem profeſſæ etiamſi converſæ, aut quocunq; alio nomine appellentur; etiamſi ex Inſtitutis & Fundationibus earum Regulæ ad Clauſuram non teneantur, nec unquàm in earum Monaſterijs, ſeu Domibus, etiam ab immemorabili tempore ea ſervata fuerit, ſub perpetua in ſuis Monaſterijs, ſeu Domibus de cætero debere permanere Clauſura, juxta formã dictæ Conſtitutionis felicis recordationis BONIFACII Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit: Periculoſo &c. *in Sacro Concilio Tridentino approbatam & innovatam, quàm Nos Authoritate præfatâ etiam approbamus, & innovamus in omnibus & per omnia, ac illam diſtrictè obſervari mandamus. Quodſi aliquæ Monia-*

les forſan reperiantur, quæ conſvetudine etiam immemorabili, aut Inſtituto, vel Fundatione Regulæ ſuæ fretæ, animo obſtinato huic Clauſuræ reſiſtant, aut quoquo modo reluctentur, Ordinarij unà cum Superioribus earum, omnibus Juris & facti remedijs compellant easdem tanquàm rebelles & incorrigibiles, ad præcisè ſubeundam dictam Clauſuram, & perpetuò obſervandam. Mulieres quoquè, quæ Tertiariæ, ſeu de pœnitentia dicuntur, cujuscunquè fuerint Ordinis in Congregatione viventes, ſi & ipſæ profeſſæ fuerint, ita ut ſolenne votum emiſerint, ad Clauſuram præcisè, ut præmittitur, & ipſæ teneantur. Quòd ſi votum ſolenne non emiſerint, Ordinarij unà cum Superioribus earum hortentur, & perſvadere ſtudeant, ut illud emittant, & profiteantur, ac poſt profeſſionem & emiſſionem, eidem Clauſuræ ſe ſubijciant; quodſi recuſaverint, & aliquæ ex eis inventæ fuerint ſcandalosè vivere, ſeveriſſimè puniantur. Cæteris autem omni-

bus sic absquè emissione professionis & clausura vivere omninò volentibus interdicimus, & perpetuò probibemus, nè in futurum ullam aliam prorsùs in suum Ordinem, Religionem Congregationemvè recipiant. Quodsi contra hujusmodi Nostram Probibitionem & Decretum aliquas receperint, eas ad sic vivendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones & receptiones irritas decernimus & nullas, prout etiam præsenti Decreto irritas facimus, & annullamus. Porrò nè Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc Clausuram, detrimentum aut incommodum aliquod in earum necessitatibus maximè in pertinentibus ad illarum victum patiantur, sed ut eis opportunè consulatur, Authoritate Apostolicâ præfatâ statuimus, decernimus, præcipimus, atq; mandamus Ordinarijs & Superioribus earum, ut curent colligi Fidelium eleemosynas per Conversas, quæ non sunt professæ, vel si professæ fuerint, sint tamèn

ætatis

ætatis annorum quadraginta & in Domibus contiguis, extra tamèn Monasterium degant, & non ingrediantur Clausuram Monialium aliarum, nisi in casibus ex earum Constitutionibus permissis, & de earum domibus exire non possint pro hujusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia Ordinarij, vel earum Superiorum, & de cætero nullæ aliæ Conversæ professæ recipi ampliùs etiam de consensu suorum Superiorum vel Prælatorum possint. Quodsi adversùs hanc Nostram Prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita & inanis sit, prout exnunc nullam, irritam facimus, & annullamus. Quodsi prædicto modo necessitatibus Monialium & Mulierum Tertiariarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis Ordinarijs & Superioribus earum, ut ipsi provideant de alijs Personis pijs & DEO devotis, quæ Fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori & commodiori modo, quo fieri po-

terit, etiam ex opere manuum ipsarum Monialium & Mulierum prædictarum, arbitrio Ordinariorum & Superiorum earundem, & prout eis congruenter expedire videbitur, provideatur & succurratur. Et nè propter Monialium numerum excessivum Clausuræ observatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ Constitutionis BONIFACII, & Concilij Tridentini Decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus & Ordinarijs districtè inhibendo præcipimus & mandamus, nè plures in earum Monasterijs recipiant, admittant, sivè recipi, admitti permittant, quàm ex proprijs reditibus ipsorum Monasteriorum, vel consvetis eleemosynis commodè sustentari possint. Mandantes propterea in Virtute S. Obedientiæ, & sub obtestatione Divini Judicij, & interminatione maledictionis æternæ, universis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, quatenùs in Civitatibus & Diœcesibus

sibus proprijs, præsentes Nostras Literas publicari faciant, ac in Monasterijs Monialium sibi Ordinario Jure subjectis, in his verò, quæ ad Romanam mediatè vel immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ Authoritate, unà cum Superioribus eorundem Monasteriorum, Clausuram (: ut præmittitur:) quàmprimùm poterunt, servari procurent: Contradictores atquè rebelles, per Censuram Ecclesiasticam, Appellatione postpositâ compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis. Ac ut hoc tàm salutare Decretum faciliùs observetur, omnes Principes Sæculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, obsecramus, & requirimus per Viscera Misericordiæ Domini Nostri JESU Christi, eisdem in remissionem peccatorum injungentes, quòd in præmissis omnibus, eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Monialium Superioribus assistant, ac suum favorem & auxilium præstent, ac impedien-

pedientes pœnis etiam temporalibus afficiant, præmissis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, Statutis, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus etiam per Sedem Apostolicam approbatis & confirmatis, Privilegijs quoquè, Indultis, & Literis Apostolicis, etiàm in Fundatione & Institutione, eisdem Monasterijs, vel Domibus, & Monialibus, sub quibuscunquè verborum formis & clausulis irritantibus, & alijs Decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis, quibus omnibus etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes, quò ad effectum validitatis Nostræ Constitutionis tan-

tùm derogamus, contrarijs quibuscunq́. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede Indultum, quod interdici, aut suspendi non possit per Literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Per hoc autem in Monasterijs exemptis, Ordinarij Locorum quò ad alia nullam sibi credant Jurisdictionem, vel potestatem aliquatenùs attributam. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno 1566. 4. Kal. Iunij. Pont. Anno 1.

Tertiò. Constitutio ejusdem Sancti PIJ V. Papæ, cujus series est ejusmodi: *Decori & honestati omnium Sanctimonialium, quarum IESUS Christus Dominus Noster Sponsus est, ut in puritate & castitate superædificantes, in ipso feliciter inhabitare valeant, consulentes ea, quæ illarum existimationi detrahere possent, decet Nos consultò summovere. Sanè periculo & scandalo plena res est, ac Regulari observantiæ*

 vehe-

vehementer adverſatur, Sanctimoniales aliquando, Parentes, fratres, ſorores, aut alios agnatos, vel cognatos, necnon Monaſteria & alia Filiationes nuncupata, etiam eis ſubjecta viſitandi, aut infirmitatis causâ, aliovè prætextu à Monaſterijs exire, & per Sæcularium Perſonarum domos diſcurrere & vagari, quo veluti colore, eximium quoquè honeſtatis & pudicitiæ decus, in diſcrimen committunt. Undè Nos malo huic pro Noſtro Paſtoralis Officij debito, ſalubriter occurrere volentes, inhærentes etiam Decreto Sacroſancti Concilij Tridentini de Clauſura Monialium diſponenti, ac alijs Noſtris Literis ſuper hujusmodi Clauſura editis, adijcientes, volumus, ſancimus & ordinamus, nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum, aliarumvè Monialium, etiam Carthuſieñ, Ciſtercieñ, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunquè aliorum Ordinum, etiam Militarium, ac Statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum exiſtentium,

etiam

etiam è Regia vel Illustri Prosapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum etiam eis subjectorum, aut domorum, Parentum, aliorumvè consanguineorum visitandorum, aliâvè occasione & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium Loci Ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria, ab Episcoporum & Ordinariorum Iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita & expressè in scriptis approbata sit, à Monasterijs præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere. Aliter autem, quàm ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunquè concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices Personas, sivè laicas, aut Sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, Excommunicationis majoris latæ sen-

tentiæ vinculo, statim eo ipso absq; alia declaratione subjacere; à qua, præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi nequeant. Et insuper tàm egressas, quàm præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas & eos tunc obtentis privamus, & illas & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, necnon licentias & facultates, seu Indulta & Privilegia exeundi à Monasterijs, & extra illa standi, à Nobis, seu alio Romano Pontifice Prædecessore Nostro, ac Sedis Apostolicæ Nuntijs, & Legatis etiam de Latere, ac Majori Pænitentiario, aut Ordinum prædictorum Superioribus, alijsq; Personis, sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusvis restitutivis, præservativis, mentis attestativis, etiam novam gratiam & datam concedentibus, alijsq; efficacioribus & efficacissimis, ac in solitis clausulis, irritantibusq; & alijs Decretis in genere,

nere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deq; Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S.R.E. Cardinalium intuitu & contemplatione, ac inſtantiâ, vel aliàs quomodolibet conceſſa, quæ prorsùs abolemus, & literas deſuper confectas, & in poſterum concedendas & conficiendas, nullas & invalidas, nulliusquè roboris & momenti fore, nec illas habentibus, & habituris ſuffragari poſſe; & ita per quoſcunquè Iudices &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ Kal. Februarij. 1570.

Quartò. Conſtitutio felicis memoriæ Gregorii XV. Papæ, cujus contextus eſt hujusmodi: *Inſcrutabili DEI Providentiâ, & infrà. Hac Generali, ac perpetuò valiturâ Conſtitutione decernimus, ſtatuimus & declaramus, ut deinceps, tàm Regulares, quàm Sæculares quomodolibet exempti, ſivè Animarum Curam Perſonarum Sæcularium, Monaſterijs, ſeu Domibus Regu-*

laribus, aut quibusvis aliis Ecclesijs, vel Beneficijs, sivè Regularibus, sivè Sæcularibus, incumbentem exerceant, sivè aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævià Episcopi licentià & approbatione, sivè quoquo modo, in dictæ Curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione, defactò absquè ulla Authoritate se ingerant, in his, quæ ejusmodi Curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ Iurisdictioni, Visitationi & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquàm Sedis Apostolicæ Delegati plenè in omnibus subijciantur. Ad hæc tàm Regulares, quàm Sæculares hujusmodi, nullis Privilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominùs si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa Clausuram, vel circa Bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo Loci similiter, tanquàm ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quan-

& quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant. Confeſſores verò ſivè Regulares, ſivè Sæculares, quomodocunquè exempti, tàm ordinarÿ, quàm extraordinarÿ, ad Confeſſiones Monialium etiam Regularibus ſubjectarum audiendas, nullatenùs deputari valeant, niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano idonei judicentur, & Approbationem, quæ gratîs concedatur, obtineant. Sed & adminiſtrantes Bona ad ejusmodi Monaſteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus ſubjectarum pertinentia, ſivè Regulares exſtiterint, ſivè Sæculares, quomodolibet exempti, Epiſcopo Loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratîs tamen exigendas, reddere teneantur, ad idquè Iuris remedÿs cogi & compelli queant. Liceatq; Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confeſſores, atq; Adminiſtratores amoveant, ÿsq; Superioribus id facere detrectantibus,

aut

aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores & Administratores amovendi, quoties & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus unà cum Superioribus Regularibus quarumcunquè Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorundem Monasteriorum, quocunquè nomine appellentur, Electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, absq; ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demùm habeat Episcopus, tanquàm dictæ Sedis Delegatus Authoritatem coërcendi, ac puniendi quoscunquè exemptos tàm Sæculares, quàm Regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absquè Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut Suorum Ordinum, non petitâ illius benedictione, aut ipso contradicente, predicare præsumpserint. Ita ut Episcopi in suprascriptis Casibus, & in prænominatas Personas, in præmissis omnibus & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes

quentes

quentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra Visitationem, per Censuras Ecclesiasticas aliasque pœnas, uti ejusdem Sedis Delegati procedere, omnemq; Iurisdictionem exercere liberè & licitè valeant. Decernentes sic per quoscunque Iudices &c. Non obstantibus &c. Dat. Romæ Anno Incarn. Dom. 1622. Nonis Februarij, Pontificatûs Nostri Anno 2.

De Congregationib⁹ Decanalibus.

QUod laudabiliter valdè & salubriter in sæpememorata Epistola Pastorali Maciejoviana ordinatum est de Congregationibus Cleri per Decanos Rurales faciendis: hoc præsens Synodus in toto reassumendo, observari mandat, præcipiendo ijsdem Decanis, ut quisquè bis in Anno Congregationem celebret, unam diebus

Maij, alteram diebus Octobris, & ultra præscripta in hujusmodi Epistola Pastorali, legi faciat Synodi præsentis Decreta, & utrum eis satisfiat? inquirat; deniquè legantur Decreta Concilij Tridentini *Sess. 23. Cap. 1. & Sess. 6. Cap. 2. de personali Parochorum residentia.* ut sciant, quàm grandi obligatione conscientiæ residere teneantur. Fiat etiam in Congregationibus Decanalibus dispositiò, nè ullus Parochorum audeat cistas, dolia, & alias res Parochianorum in Ecclesijs, multominùs proprias, signanter ad esum & potum spectantes, etiam in Sacristia asservare, sub pœna sequestrationis earundem rerum Parochialium, si & inquantum, in Visitationibus per Decanos, ut infra injunctum est, peragendis reperientur, & in instanti distributionis earundē ad Hospitalia Pauperum. In ijsdem Congregationibus Decanalibus eligantur ad minimùm duo vel tres è medio Congregationis Confessarij,

qui-

quibus Clerus uniuscujusq; Decanatûs, peccata sua confiteatur, & fiat rigida Inquisitio, quoties, & cui Confessario ex electis, quisquè Parochorum & Vicariorum, ac aliorum Beneficiatorum, per annum sit confessus; quod sibi ijdem Confessarij sub onere conscientiæ connotare teneantur; ijdem verò Confessarij Decano confiteantur; Decanus autem uni ex Parochis sui Decanatûs.

De Visitationibus.

QUoniam in hac Archidiœcesi per multos valdè Annos retroactos Visitationes Ordinarias Ecclesiarum intermissas esse, exindeq; plurima inconvenientia, negligentias, & Ecclesiarum ac Beneficiorum ruinas subsecutas fuisse reperimus: ideò præsentis Synodi Authoritate statuimus, ut Archidiaconi Nostræ Archidiœcesis, tùm Præpositus Vielunensis, de

triennio in triennium, juxta præſcriptum Conſtit. Provinc. *Lib.* 1. *Tit. de Elect. Archid.* Eccleſias ſuorum Territoriorum viſitent, ſub pœnis in Jure deſcriptis, & alijs gravioribus, Actaq; hujusmodi ſuarum Viſitationum cum Decretis Reformationum in libros deſcripta & compacta, Łovicium ad Officium Noſtrum Ordinarium intra duos Menſes ab Actu Viſitationis tradant. Decani autem quotannis Eccleſias ſuorum Decanatuum viſitent, juxta modum in Synodo Archidiœceſana Węzykoviana Anno 1628. præſcriptum, Actaq; hujusmodi Viſitationum ſuarum in Viſitatione Archidiaconali exhibeāt, & producant. Qui modus Viſitationis nè per quempiam ignoretur, hîc adjungitur:



Modus

Modus, quo Visitationes Decani Rurales obire debent.

Visitatio SSmi Sacramenti.

1. *Quàm decenter exstructum & ornatum Ciborium?*
2. *Vbi situm?*
3. *An suppositum SSmo Sacramento Corporale?*
4. *Pixides quot? & quales?*
5. *Num sint distinctæ pro deferendo ad infirmos?*
6. *An octo singulis diebus renovetur?*

Reliquiarum.

1. *An sint? & quorum Sanctorum?*
2. *Vbi? & quàm decenter serventur?*

Fontis Baptismalis.

1. *An decenter factus & ornatus?*
2. *An Aqua baptismalis commixta Oleis Sacris?*

Oleorum Sacrorum.

1. *An habeat? & unde? ejusq; rei testimonium habeat?*
2. *Vbi serventur? & an separatìm à SSmo Sacramento?*

Altarium.

1. *Quot sint?*
2. *An consecrata?*
3. *An integra? hoc est: an lapis & sigillum integrum?*
4. *Si non sint consecrata; an habeant Altaria Portatilia? & illa quoq; revidenda, an consecrata? an integra?*
5. *Mappæ in Altaribus an sint ad minùs tres?*
6. *Imagines Altarium an decentes?*

Capellæ.

1. *An sint? & quot?*
2. *An dotatæ? & quam dotem habeant?*
3. *An obligationibus, sivè ministeriis Altarium satisfiat?*
4. *Quæ illorum Altaristarum sint obligationes?*
5. *Quis Patronus uniuscujusq; Capellæ?*
6. *Capellanum & Altaristam quem habeat?*

Apparatus Ecclesiæ.

1. *Casulæ quot? quales? revidendum juxta priorem Visitationem, vel Inventarium,*
2. *Pluvialia similiter.* 3. *Albæ cum suis pertinentiis similiter.* 4. *Calices quot? & quales?* 5. *Patenæ.* 6. *Cruces.* 7. *Monstrantia.*

Libri Ecclesiæ.

1. *Missalia.* 2. *Gradualia.* 3. *Antiphonarium.* 4. *Agenda.* 5. *Cæteri Libri Ecclesiæ qui sunt, juxta antiquum, si quod est Inventarium.*

Eccle-

Ecclesia ipsa.

1. *An Consecrata?*
2. *Dies Dedicationis quando celebretur?*
3. *Dos & fundus Ecclesiæ, qui & quantus? an solvatur?*
4. *An fundi Ecclesiæ Originale servetur in Cathedrali, vel in Collegiata vicina murata?*
5. *Revidendum tectum Ecclesiæ, an integrum?*
6. *Ecclesia ipsa an indigeat reparatione?*
7. *Patronus Ecclesiæ unus, an plures? & qui?*
8. *An ibi sit aliqua Confraternitas? à quo instituta? erecta?*
9. *An habeat aliquas Indulgentias, & à quo concessas?*
10. *An Bona, vel summas pecuniarias aliquas habeat? & in quem usum convertantur?*

Cæmeterium.

1. *An consecratum?* 2. *An clausum?*

Parochus & Presbyteri.

1. *Ostendant Literas Ordinum.*
2. *Institutiones.*
3. *Vicarij vel Commendarij literas Approbationis ad excipiendas Confessiones.*
4. *An Parochus resideat? an plura Beneficia habeat? si plura? an habeat dispensationem.*
5. *An habeat Vicarios idoneos? si unus tantùm, an sufficiat ad Curam Animarum?*
6. *Metricam Baptisatorum.*
7. *Metricam Matrimonio Copulatorum.*
8. *Quot Villas habeat in sua Parochia?*
9. *Quot Parochianos in universa Parochia?*
10. *An omnes Catholici? & quot?*

11. *An confessi omnes pro Paschate? & si non confessi, quærendum cur?*
12. *An aliqui sinè Sacramentis decesserint?*
13. *An aliqui sint in Parochia publicè delinquentes, vel impænitentes, & Hæretici?*

Familia Parochi.

Inquirendum, quæ? quàm numerosa? quàm honesta?

Vita & Conversatio Parochi.

Quando est confessus? Cui confiteatur?
Libros quos habeat?
Inquirendum de vita & conversatione Parochi singilatim ex Oeconomis Ecclesiæ, & Populo, Consulibus, Scabinis.
Quærendum, num ebrietati, incontinentiæ addictus? nùm usurarius? quàm frequenter celebret?
In Inquisitione tamen circa Visitationem facienda, non debet ab ijs, qui examinantur, exigi juramentum in specie de vita & excessibus Parochi, vel aliorum Sacerdotum Cap. Romana. §, Sanc de Censibus in 6. *In genere tamèn potest exigi Juramentum, ut dicant, si quæ sciunt reformanda in Ecclesia, tàm in Capite, quàm in membris. Qualiter & quando primo extra de Accusationibus & Inquisitionibus.*

Pecora Ecclesiæ.

1. *An sint?* 2. *Quot?* 3. *Quantum ex ipsis pendatur?*
4. *Proventus ex ipsis in quos usus convertantur?*

Carbona Ecclesiæ, id est pecunia.

An sit? Quanta? Sub cujus clave? In quos usus convertatur?

Legata

Legata pia.

Inquirendum, an ab ÿs, qui ea præstare, vel exequi debent, adimpleantur?

In Legatis generaliter factis ad pias causas facienda determinatio & ordinatio juxta necessitatem Ecclesiæ.

Hospitale.

An habeat aliquam fundationem? & qualem?

Administratio ipsius ad quem spectat?

Provisores Hospitalis rationem an faciant? & cui?

An habeat Ecclesiam vel Capellam aliquam Hospitale?

An habeat eadem Capella aliquam fundationem, & num sit consecrata?

Capellanus vel Præpositus Hospitalis an sit?

Qualem fundationem habeat?

Vtrum officio suo satisfaciat?

Suppellex Ecclesiastica si quæ est? revidenda & conscribenda.

Pauperes quot sint?

An ex proventibus Hospitalis commodè sustentari possint?

Quærendum ex ÿsdem, an illis in Spiritualibus & temporalibus satisfiat?

An Viri à fœminis separati sint?

Schola & Rector Scholæ.

De vita ipsius & diligentia inquirendum, & ex ipso etiam de Parocho.

De Reductione Miſ-ſarum.

COnſtitutionem Synodi Archidiœce-ſanæ per bonæ memoriæ Prædeceſ-ſorem Noſtrum Matthiam Łubieńſki, ſu-per Reductione Miſſarum promulgatam, Synodus præſens reaſſumendam eſſe de-crevit ita, ut in ſtipendium uniuscujus-què Miſſæ non minùs, quàm ſexta pars taleri computetur, & cum ea cautione, prout ibidem eſt apposita, nè hæc indul-gentia negligentibus Sacerdotibus & pro-ventus ſuorum Beneficiorum non vin-dicantibus, ullatenùs ſuffragetur.

De Caſibꝰ reſervatis.

ADminiſtraturus Sacramentum Pœni-tentiæ Sacerdos, ſivè Sæcularis, ſivè

Regula-

Regularis, neceſsè eſt, ut ſit prudens & circumſpectus, ſciatq; quos ſolvere, quos ligare poſſit, nè erret in abuſu clavium Eccleſiæ, & nè eos decipiat, quibus illicitè & nulliter abſolutionem impertitur, Animaſquè interficit, quæ non moriuntur, & vivificat, quæ non vivunt. Quapropter Decreti præſentis Synodalis vigore ſancitur, ut nullus tàm Sæcularis, quàm Regularis Presbyter ad excipiendas Chriſti Fidelium Confeſſiones exponatur & approbetur, qui priùs in examine non docuerit ſe ſcire exactè Caſus, tàm Papæ, quàm Ordinario reſervatos. Quoniam autem pro Arbitrio cujusvis Ordinarij poſſunt Caſus Sedi Ordinariæ reſervari, ideò Sedi Noſtræ reſervati prout infra, pro ſcientia omnium, quorum intereſt, ſpecificantur:

1. *Crimen quodvis Summo Pontifici reſervatum, ſi fuerit occultum.*
2. *Levis percuſſio Clerici.*
3. *Blaſphemia publica.*

4. *Peccatum publicum, ob quod publica & solennis pœnitentia est imponenda. Præcipuè concubinatus publicus, & adulterium publicum.*
5. *Incendium frugum, domorum, si fiat ex deliberata voluntate, pariter ad id consilium & auxilium.*
6. *Homicidium voluntarium, vel realis alicujus membri abscissio.*
7. *Crimen falsi, cum quis scripturas vitiat, vel dat falsum testimonium.*
8. *Sacrilegium, hoc est rei Sacræ, vel etiam profanæ in Loco Sacro per furtum vel rapinam ablatio.*
9. *Sortilegium, divinatio, incantatio, per tacitam vel manifestam dæmonis invocationem.*
10. *Usurpatio bonorum post demortuos Clericos, sivè testatos, sivè intestatos.*
11. *Procuratio sterilitatis & abortûs.*
12. *Oppressio infantum in lecto.*
13. *Incæstus.*
14. *Violatio Monialis, vel Sacrilegium cum eadem commissum.*
15. *Peccatum Sodomiticum, vel bestialitas.*
16. *Detentio Legatorum, Censuum, Decimarum, Missalium, & aliorum proventuum ad Ecclesias pertinentium.*
17. *Staterarum, vel mensurarum corruptio.*
18. *Ultimarum voluntatum intra annum, vel superveniente causâ aliquâ justâ, intra biennium non executio.*
19. *Inter Conjuges, qui legitimè Matrimonium contraxerant, dissensionum concitatio, eorundemq; ad procurandum divortium sollicitatio,*

ET quia declaratum est per Sacram Congregationem Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum, sub die 12. Maij, Anno

Anno 1594. Regularibus Confeſſarijs ſub quovis obtentu Privilegiorum ſuorum nullatenùs licere in Caſibus, quos ſibi Epiſcopus reſervaverit, ſinè ſpeciali illius licentia abſolvere: ea propter ſi quis Regularium ſinè Noſtra & Succeſſorum Noſtrorum licentia, Confeſſiones à Chriſti Fidelibus Archidiœceſis Noſtræ excipere, eoſquè præterquàm in mortis articulo abſolvere præſumpſerit, extunc eum pœnam Excommunicationis à Jure latam, & in Conſtit. Provinciali Wężykoviana *Cap.* 7. *eodem Titulo* relatam, ipſo facto præſens Synodus incurriſſe declarat.

De Hæreſi.

QUandoquidem hæretica pravitas ut & impunè ſerpere, & ut latiùs firmari valeat, non tantùm multas colonias in hac Archidiœceſi tempore

belli & aliarum calamitatum publicarum, antiquitùs desolatas occupat, verùm etiam novas in Locis Catholicissimis & ab omni hæretico à prima origine vacuis, erigi & impleri curat, cum summo præjudicio Jurium Ecclesiæ & Religionis Dominantis; plerisq; in locis etiam vix non cum exterminio Populi Catholici. Quantum itaq; in Domino possumus, tam ingens & atrox malum avertere cupientes, præsentis Synodi Authoritate, omnes Hæredes & Possessores Bonorum quorumvis, cujuscunquè Statûs & gradûs, per Amorem DEI, & Salutem Animarum suarum obsecramus & obtestamur, ut insistant vestigijs pijssimorum Majorum Suorum, & Oppida ac Villas suas Catholicas conductione Hæreticorum non inficiant; sed in Statu plenè Catholico conservare contendant; aliter facturi, sciant se & Successores suos, certissimè tàm his temporalibus Bonis citiùs, quàm speraverint, destituen-

tuen-

tuendos fore, quàm æternis (quod DEUS ab ipſis avertat) privandos.

Statuimus quoquè, ut Eccleſiæ Parochiales, per Hæreſim profanatæ, in Synodo Wężykoviana & Łubienſciana ſpecificatæ, priſtino ſuo ſtatui reſtituantur, videlicet: In *Kockau*, *Ratenbarek*, *Elznau*, *Kromſec*, *Bretenſeld*, *Schonau*, *Berenüold*, *Rytterbark*, *Szotenſeld*, *Grabowo*, *Petrykowe*, *Rudownica*, *Tárnowká*, *Oſſowká*, *Pieczewá*, *Zeleźnicá*, *Lendyk*, *Bzowe*, *Zdroie*, *Skorká*, *Krępá*, *Páruſzká*, *Sokolná*.

Quam reſtitutionem urgebit D. Archidiaconus Camenenſis apud Hæredes & Poſſeſſores Bonorum cum omni reſpectu, & vindicabit etiam viâ Juris. Idem Archidiaconus, & alij Archidiœceſis Noſtræ Archidiaconi ſint pro ſemper, quiſquè per ſuum Archidiaconatum, Præpoſitus autem Vielunenſis per ſuum Territorium, hæreticæ pravitatis Inqviſitores pij, zeloſi

losi

losi & prudentes, juxta præscriptum Constit. Provincial. *Lib.* 4. *Tit. de Hæret.* singulisq; annis sui hujusmodi Officij progressus & fructus Nobis, & Successoribus Nostris diligenter deferant. Demolitiones Fanorum Luteranorum & Calvinisticorum, inhærendo antiqvis Legibus, & etiam novæ Legi Anni 1717. cum Scitu Nostro, & Successorum Nostrorum Archiepiscoporum Gnesnensium promovere, & ad effectum deducere curent. Fautoribus Hæreticorum omni meliori modo persvadeant in charitate, ut ab hoc fautoratu, infamiam grandem, tàm ex Jure Canonico, quàm ex Statutis Regni, causante, omninò abstineant, aliàs renitentibus & obstinatis, Bullam Cænæ Domini dudùm in hac Provincia receptam, & omnes verè Catholicos obligantem, intimari faciant, ut ijdem Fautores sentiant & cognoscant, se Excommunicatione Papali latæ Sententiæ, verè, indubitatèq; esse in-

noda-

nodatos & irretitos, & in periculo quotidiano æternæ damnationis conſtitutos.

Eorundem Archidiaconorum muneris ſit, in Viſitationibus ſeriò attendere & animadvertere, nè Parochi advenas Hæreticos ampliùs ad ſuas Parochias pro incolatu admitti permittant, niſi priùs ſpoponderint in præſentia Teſtium fide dignorum, ſe Fidem Sanctam Catholicam intrà annum & ſex menſes hujuſmodi incolatûs eſse amplexuros, ſub relegatione actuali in Officio competenti vindicanda. Item nè Prædicantios ab exteris Regionibus venientes, in ſuis Parochijs recipi & foveri patiantur; aliàs eoſdem ſtatim captivari ſervatâ prudentiâ faciant, & ad Officium Ordinarium deduci. Item ordinamus, ut ijdem Parochi cathalogum ſeu numerum, ſicut Catholicarum Perſonarum Curæ ſuæ ſubjectarum, ex Confeſſione Paſchali provenientem, ſic & hæreticarum ſub Parochia ſua de-

gentium, de anno in annum connotent & regiſtrent; ac in Congregationibus Decanalibus eundem Cathalogum per Decanum & Notarium Congregationis ſubſcribendum producant, ut ita ſciant non ſolùm Oves de ovili ſuo, ſed & quas ad Ovile Chriſti oportet adducere. Scholiregas etiam hæreticos, qui ſparſim per Villas & Colonias conventicula aſſertæ devotionis ſuæ causâ congregant, Parochi ab eiſdem conventiculis arceant.

Obſecramus deniq; & in Domino obligamus omnes Hæredes Bonorum in Archidiœceſi Noſtra conſiſtentium, ut circa actus Venditionum, Donationum, Reſignationum, Ceſſionum eorundemq; Bonorum, ſeu Jurium, & Summarum ſuper illis Transfuſionum, & Inſcriptionum, memores ſint Sanctæ Fidei Catholicæ, & ſuæ vocationis ad eandem, clauſulamq; apponant, nè novus Hæres, ſeu ſuo modo

do

do Possessor Bonorum & Successores ejus audeant in illis aliquando quocunq; imaginabili prætextu locare Hæreticos, eosdemquè fovere. Quod ut eò accuratiùs effectuetur, obsecramus, requirimus, & respectivè monemus in Domino quævis Officia Sæcularia, tàm Tribunalitia, quàm Terrestria, Castrensia, ac Civilia, ut in Instrumentis præfatarum Venditionum, Donationum, Resignationum, Cessionum & Inscriptionum ad formam solitam, hanc, prout insinuata est, clausulam apponi faciant.

De Judæis.

INhærendo præsens Synodus, tàm Canonicis, quàm Regni Legibus, præcipit omnibus Parochis, nè ullatenùs permittant Judæis collapsas antiquas Synagogas reædificare, seu novas construere: Item

nè in locis, per quæ Processio in Festo Corporis Christi & infra Octavam fieri solet, eos incolatum habere permittant, neq; propiùs ab Ecclesijs, quàm ducentis passibus: Item nè braxatorijs, aut tabernis præficiantur: Item nè famulatum Catholicum foveant: Item nè Festa & dies Dominicos operis suis violent. Aliàs eosdem Judæos, qui contrafacientes reperti fuerint, dicti Parochi unà & Dominos Fautores ad Judicium Nostrum Ordinarium ratione præmissorum citent, ad Tribunal Regni Generale pro pœnis remittendos.

De Excommunicatione.

AD avertendas quærimonias & acclamationes in Statu Equestri, quas in Comi-

Comitijs Regni Generalibus, & in Comitiolis Palatinatuum, ac Terrarum particularibus, contra Statum Spiritualem ratione Censurarum Ecclesiasticarum facere solet, & ad solidandam Justitiæ administrationem, quæ in dubium plerumq; vocatur: Statuit Synodus præsens, ut omnia Officia, tàm Ordinaria, quàm Subordinata in Jure dicendo & Justitia administranda, ac Censuris Ecclesiasticis, præcipuè contra DD. Sæculares publicandis, observent dispositionem Sacrì Concilij Tridentini *Sess. 25. Cap. 3. de Reform.* Item Constitutionem Synodi Wężykovianæ Archidiœcesanæ, Anno 1628. die 10. Maij, latam. Neque in contumaciam decernatur Monitorium non viso robore, nisi priùs certò constet Judicio de personali intimatione ad manus Citati Citationis, seu Monitorij simplicis. Aliàs secùs obtinens Processum contumacialem Actor, cadat ab eo, & taliter Excommunica-

nicatus abſolvatur. Ruſtici etiam pro debitis Eccleſiaſticis nullatenùs excommunicentur, niſi priùs Dominis eorum per Actores requiſitis, utrum non per eos ſtet indebita & illicita Eccleſiaſticorum debitorum retentio.



Ordo

Ordo & numerus Eccleſiarũ Archidiœceſis Gneſnenſis.

ECCLESIA METROPOLITANA GNESNENSIS.

COLLEGIATÆ.

Lanciciẽſis.
Loviciẽſis.
Caliſſienſis.
Uniejovienſis.
Curelovienſis.
Vielunenſis.
Laſcenſis.
Volborienſis.
S. Georgij in Arce Gneſnenſi.
Siradienſis.
Choczenſis.
Camenenſis.
Landenſis.
Sulejovienſis.
Wągrovecenſis.
Mogilnenſis.
Vitovienſis.

PRÆPOSITURÆ.

Mſtovienſis.
Jeżovienſis.
Caliſſienſis. S. Nicolai.
Gneſnenſis S. Joannis.
Kłodavienſis.
Kośćielnenſis.
Krzepicenſis.
Gneſnenſis SS. Trinitatis.
Wąkczovienſis.
Studźianenſis.

ABBATIÆ.

Tremeſnenſis.

Ordo

Ordo Ecclesiarum Parochialium.

Archidiaconatus Gnesnensis habet Decanatus Rurales Octo.

Decanatus Gnesnensis SS. Trinitatis, cui hæ subsunt Ecclesiæ.

Parochialis SS. Triuitatis.
Parochialis S. Laurentij in Suburbio Gnesnensi.
Præpositura Hospitalis S. Spiritûs ibidem.
Præpositura S. Nicolai ibidem.
Parochialis in Kędźierzyno
Gurowo.
Niechanowo. *vacat.*
Witkowo.
Járząbkowo.
Grzybowo. *vacat.*
Wrześniá.
Ibidem Hospitalis Sancti Spiritûs,
Marzenino.
Czerniewo.
Ibidem Oraculum SS. Omnium.
Pawłowo.
Zydowo *vacat.*
Łubowo *vacat.*
Jemielno *vacat desolata.*
Dźiekanowice.
Węglewo.
Pobiedźiská.
Ibidem Hospitalis Sancti Spiritûs.
Ibidem Sacellum Bmæ Virginis vacat desolatum.
Koconowo *desolata funditùs ab antiquo vacat.*
Wronczyno.

Dąbrow-

Dąbrowká *vacat.*
Kiſzkowo.
Ibidem Oraculum SSmæ Trinitatis.
Sláwno.
Wáliſzewo *vacat.*
Dzwonowo *deſerta.*

Decanatus Gneſnenſnenſis S. Petri.

S. Petri ad Gneſnam.
In Modliſzewko.
Sokolniki.
Klecko.
Ibidem Sacellum S. Spiritûs.
Ibid. Oratorium *S. Crucis.*
Ibidem Oratorium *S. Barbaræ.*
Ad eandem Eccleſiam pertinet Eccleſia in Kámieniec.
Dębnicá.
Popowo.
Jábłkowo.
Podleśie.
Mieściſko.
Ibid. Sacellum S. Crucis.
Janowiec.
Ibidem Oratorium S. Barbaræ.
Łopienno.
Kołdrąb.
Łágiewniki *vacat.*
Ráczkowo.
Skurki *vacat.*
Mieleſzyno *vacat.*
Gandecz *vacat.*
Pomorzany *vacat.*
ab antiquo.

Decanatus S. Michàélis Zbarenſis in Suburbio Gneſnenſi.

S. Michàélis in Suburbio Gneſnenſi.
Strzyżewo.
Kruchowo *vacat.*
Duſzno *vacat deſerta.*
Trzemeſzno *Canonicorum*

Regularium Lateranen. S. Augustini.

Wielatowo *ejusdem Conventûs.*

Kámieńiec *ejusdem Conventûs.*

Rękáwczyno *desolata vacat, olim per Hæresim profanata, nunc est in Commenda Parochi Camenecensis.*

Orchowo *vacat ab Annis multis.*

Linowiec *ab Annis quadraginta deserta vacat.*

Woyćino.

Wilczyno.

Siedlimowo.

Lisewo *desolata ab Annis viginti vacat.*

Ostrowąż.

Kleczewo.

Ibidem Hospitalis S. Laurentij.

Złotkowo *vacat ad præsens*

Budźisław *vacat ruinata.*

Ostrowite.

Jánkowo *ab Annis triginta vacat.*

Decanatus Sampolnensis.

Sampolno.

Káźimierz.

Sleszyno.

Wąsosze *vacat ab antiquo.*

Lubstowo.

Mąkolno.

Dembna.

Wrząca.

Grzegorzewo.

Ośiek.

Krąmpsko.

Raćięćice *vacat ab antiquo*

Lubstowko *vacat.*

Lichyno *vacat.*

Morzysław.

Gosławice *vacat.*

Demby.

Deca-

Decanatus Znenensis.

Zńin.
Ibidem Oratorium Sancti Spiritûs.
Gora.
Chomętowo.
Bryſkoryſtow.
Gorzyce.
Jancewo.
Sacellum in Dambrowa deſolatum vacans ab antiquo.
Swiętkowo *vacat.*
Zerniki.
Cerekwicá.
Izdebno *vacat.*
Rogowo.
Lubiecz.
Nieſtronno *vacat.*
Gośćiſzyno *vacat ab antiquo.*
Gąſawa.
Ryſzewko.
Chomiąża *vacat.*
Parlino.
Palędźie.
Kierzkowo *vacat ab ántiquo.*
Szczepanowo.
Słáboſzewo *vacat.*
Pákość.
Ibidem Oratorium.
Trląg.
Strzelce *vacat.*
Mogilno.
Kwiećiſzewo.
Wenecya.
Gorzyce.
Oſtroſce *vacat deſolata ab antiquo.*

Decanatus Łęknenſis.

Łękno.
Tárnowo.
Wangrowiec.
Ibidem Oratorium Omniũ Sanctorum.

Zun.
Grylewo.
Gołanczá.
Choyná.
Smogulec.
Pánnigrodz.
Kcyniá.
Ibidem Sacellum S. Barbaræ.
Szarádowo.
Sámoklęſki.
Rynárzewo *vacat.*
Szubino.
Ibidem Oratorium Sanctæ Margarithæ.
Słupy.
Dźiewierzewo.
Gorki.
Jáktorowo.
Czeſzewo.
Koźielſko. *Sub eadem Parochiali Capella in* Stempuchowo.
Sacellum Bmæ MARIÆ Virginis in Niemczyno.
Oratorium in Grocholno.

Decanatus Coninenſis.

Konin.
Ibidem Præpoſitura Hoſpitalis.
Antiqua Konin.
Liśiec.
Kuchary.
Sławſko.
Rzgow.
Grábienice.
Trąbczyno.
Zágorowo.
Krolikowo.
Grodźiec.
Rychwał. *Ibid. Oratorium.*
Dambroſzyno.
Grochowy.
Tuliſzkowo.
Grzyrwiſzewo.
Turek. *Ibid. Oratorium.*
Ruſoćice.
Kośćielec.

Biał-

Białkowo.
Koło.
Ibidem Præpositura Hospitalis.
Dobrowo,
Brudzewo.
Ibidem Hospitalis Præpositura.
Krzymowo *vacat.*
Jániszewo.
Psáry.
Słomowo.
Wyszyná.
Kowále.

Decanatus Słupcensis.

Słupcá.
Ibid. Oratorium S. Crucis.
Ibidem Oratorium S. Spiritûs.
Ibidem Oratorium Sancti Leonardi.
Powidz.
Chotuniá.
Koszuty *vacat.*
Młodejowo.
Giewártowo.
Ostrowiec.
Dobrosołowo.
NowáWieś.
Cięnino,
Goliná *vacat.*
Káwnice.
Myśliborz.
Wola.
Kowálewo.
Landek.
Jároszyno.
Skárboszewo.
Strzałkowo.
Stáw.
Otoczno *vacat.*
Szamborowo *vacat.*
Brudzewo.
Ostrowo.
Mielżyn.
Ibidem Oratorium.
Odrowąż.
Gráboszewo.

Archidiaconatus Łancicienſis continet Decanatus Rurales quinque.

Decanatus Lancicienſis.

Paroch: Civitatis Lancicienſis.
Ibidem Præpoſitura Hoſpitalis.
Solca.
Ozorkow.
Choćiſzewo *vacat.*
Parzenczewo. *Sub eadem Sacellum S. Rochi & S. Adalberti.*
Leźnica.
Domaniewo.
Dalikow.
Bełdow.
Káźimierz.
Káłow.
Poddębice.
Tur.
Chodow *vacat ab antiquo deſerta.*
Leźnicá minor.

Decanatus Kłodavienſis.

Kłodáwá.
Błonie.
Grábow.
Goray *vacat.*
Pieczewo.
Dąbie.
Chełmo.
Umienie.
Boryſłáwice. *Sub eadem Capella in* Boryſłáwice Zámkowe.
Bierzwienná.
Korzecznik *vacat ab antiquo.*
Rdułtow.
Dźierbice.
Chodowo.
Krośniewice.
Miłonice.

Mazow.
Sobotká.
Dąmbrowice.
Ibidem Hoſpitalis S. Spiritûs.
Siedlec.

Decanatus Kutnenſis.

Kutno.
Ibidem Hoſpitalis S. Spiritûs.
Tum & Topola.
Sławoſzewo.
Nowe.
Grochow.
Jemielno.
Głogowiec.
Łąkoſzyn.
Káſzewo.
Oporow.
Zychlin.
Belno.
Sołek.
Plecká Dąbrowá.

Bąkow.
Zduny.
Sobotá.
Ibidem Eccleſia Xenod.
Orłow.
Łęki.
Strzegoćin.
Witonia.

Decanatus Zegrzenſis.

Zegrz.
Ibidem Præpoſitura Hoſpitalis.
Gora.
Modlna.
Gieczno.
Piątek.
Ibidem Hoſpitalis.
Ibidem Præpoſitura Kierchovienſis.
Oſzkowice.
Bieláwy.
Ibidem Præpoſitura Hoſpitalis.

Wali-

Waliſzewo.
Mąkolice *Filia ad Piątkowienſem.*
Ciechoſſáwice *itidem.*
Brátoſzewice.
Koźle.
Nieſułkow.
Strykow.
Dobra.
Skoſzewy.
Brzeźiny.
Ibidem Xenodochialis Sancti Spiritûs.
Ibidem Hoſpitalis S. Annæ
Gałkowy.
Łodź.
Mieleſzki & *Filia* Choyny *vacat.*
Szczáwino *vacat.*

Decanatus Tuſzynenſis.

Rzgow.
Tuſzyn.
Dłotowo.
Srockie.
Moſzczenica.
Piotrkow.
Milejow.
Roſprzá.
Mieczyn.
Gorzkowice.
Beczkowice.
Rzwiowice.
Chełm.
Niedoſpielin.
Maluſzyn.
Wielkomłyny.
Bąkowa Gorá.
Ráczno.
Witow.
Sulejow.
Nágorzyce.
Chorzęćin.
Wolborz.
Ibidem Sacellum.
Bądkow.
Czárnoćin.
Łáźnow.
Bogdanow.

Archi-

Archidiaconatus Łovicienſis habet Decanatus Rurales tres.

Decanatus Łovicienſis.

Par. S. Spiritûs Łovicien.
Ibidem Hoſpitalis S. Ioannis ſub Caſtro.
Ibidem Hoſpitalis S. Leonardi in antiqua Civitate Łovicienſi.
Par: Złakow.
Koćierzow.
Kąmpina.
Bednary.
Bolimow.
Ibid. Hoſpitalis S. Spiritûs.
Ibid. Eccleſia S. Annæ.
Nieborow.
Pſzczonow.
Dmoſzyn.
Kołaćinko.
Głowno.
Domániowice.
Chroślin.

Decanatus Squierníevicenſis.

Skierniewice.
Ibidem Hoſpitalis S. Stanislai.
Zelázna.
Mákow.
Wyſokienice.
Głuchow.
Zelichnin.
Jániſſáwice.
Białynin.
Jeżow.
Słupia,
Lipce
Godźiánow.
Bełchow.

Decanatus Ravenſis

Par: Ravenſis.

S *Ibid.*

Ibid. Ecclesia S. Stanislai.
Ibid. Hospitalis S. Spiritûs.
Stárá Ráwá.
Kurzeszyn.
Boguszyce.
Sierzchow.
Łęgonice Oppidum.
Łęgonice Villa.
Nowe Miásto.
Ibidem duæ Hospitales devastatæ.
Michałowice.
Rzeczyca.
Inowłodz.
Ibidem Hospitalis.
Lubochniá.
Tobiásze.
Máłecz *diruta.*
Uiazd.
Ibid. Xenodochial.
Budźiszewice.
Czerniewice.
Krzemienicá.
Boguszyce.

Archidiaconatus Calissiensis habet Decanatus Rurales quinque.

Decanatus Calissiensis.

Káliſz.
Ibidem Sacellum S. Adalberti in Záwodźie.
Ibid. Præpositura S. Nicolai Can. Regular.
Ibid Hospitale Can. Regul. S. Spiritûs de Saxea.
Gostyczyná.
Rososzycá.
Giżyce.
Krászowice.
Biskupice szálone.
Szkálmierzyce.
Oćiąż.
Lewkowo.
Skrzebowá.
Gorzno.
Szczury..

Dro-

Droſzewo.
Sobotká.
Kuchárki.
Kucháry.
Kośćielná Wieś.
Dobrzec.
Kwiátkow *deſerta infiliata ad Oćiąż.*

Decanatus Krotoſsynenſis.

Krotoſzyn.
Szulmirzyce.
Zduny.
Báſzkow.
Kobylin.
Wygánow.
Kobierno.

Decanatus Stavenſis.

Staw.
Jwánowice.
Ibid. Hoſpitalis S. Spiritûs.
Málánow.
Przeſpolewo *vacat.*
Tokáry.
Głuchow.
Goſzczánow.
Chlewo.
Gáć.
Gorá.
Kálinowa.
Błaſzki.
Gruſzczyce.
Woykowo.
Godźieſze.
Chełmce.
Tłokiniá.
Opátowek.
Ráyſko.
Koźminek.
Liſkow.
Strzałkowo *Capella vacat ab antiquo.*
Kámiona *Cápella ad Iwanowice.*
Zákſzyn *deſerta vacat ab antiquo.*

Decanatus Pleſzovienſis.

Pleſzow. *Ibid. Hoſpitalis.*
Sośnicá.
Kowálewo.
Kotlino.
Magnuſzewice *vacat.*
Twárdowo.
Kretkow *vacat deſerta.*
Szymánowice.
Zegoćino *vacat.*
Czermino *vacat.*
Broniſzewice.
Grodźiſko.
Lenartowice.
Brzeźie *vacat.*
Turſko *vacat.*
Jedlec.
Gołuchow.
Kuczkow.
Sowina *vacat.*
Korytá.
Kármino.
Káiewo, Márſzewo, Chorzewo *deſertæ.*

Decanatus Staviſsynenſis.

Stáwiſzyn.
Ibid. Hoſpitalis S. Crucis.
Zbierſko *vacat ab antiquo.*
Dźierżbin.
Kośćielec.
Złotniki.
Goliſzow *vacat.*
Kośmow.
Kámień *vacat.*
Dęmbe.
Zborow.
Tykadłow.
Borkow.
Kokańin.
Pamięćin.
Jaſtrzębniki *vacat.*
Zerńiki. *vacat.*
Rychnow *vacat.*
Blizanow.
Chocz.
Brudzew.
Lipe.

Piątek

Archidiaconatus Uniejovienſis continet Decanatus quinque.

Decanatus Uniejovienſis.

Uniejow.
Ibidem Hoſpitalis Præpoſitura.
Ibid: Sacellum S. Adalberti
Ibid: Præpoſitura ad S. Nicolaum.
Wielenin *incorporata Vicarijs Vniejovienſibus.*
Fálborzyce.
Swience.
Grodźiſko.
Wártkowice.
Niewieſz.
Bełdrzychow.
Máłyn.
Lutomirſko.
Ibid. Præpoſitura Hoſpitalis.
Gorká.
Pabianice.
Ibidem Præp. Hoſpitalis.
Mikołájewice.
Kwiátkowice.
Wierzchy.
Zádźim.
Roſoſzycá.
Męká.
Brodniá.
Glinno.
Piecznow.
Siedlątkow.
Drużbin.
Niemyſłow.

Decanatus Vartenſis.

Wártá.
Ibid. Hoſpital. S. Spiritus.
Ibid. Oratoriũ S. Ioannis Baptiſtæ.

Spićimierz *incorporata Mansionarijs Vniejov:*
Dobrá.
Ibidem Oratorium S. Spiritûs, alterum S. Ioannis Baptistæ.
Boleſzczyn.
Skęcznow.
Mikołájewice.
Jeźierſko.
Wroblow.
Kámionácz.
Chárłupia major.
Charłupia minor.
Sieradz.
Ibid: Oratorium S. Rochi.
Choyne.
Bużenin.
Ibid. Præp. Hoſpitalis.
Złoczew.
Dąbrowá major.
Brzeźno. *Sub eadem Filia in* Godynice.
Unikow.
Kliczkow.
Stolec.
Wąkczow.
Tubądźin.

Decanatus Szadkoviensis.

Łaſko Collegiata.
Szádek.
Ibid. Hoſpital. S. Spiritûs.
Boryſzewice.
Mażenin.
Sędźiejowice.
Wygiełzow.
Pozdżenice.
Buczek.
Łobudźice.
Drużbice.
Krzepczow.
Grocholice.
Ibid. Præpoſit. Hoſpitalis.
Szczercow.
Puſzczá.
Párzno. *Sub eadem Filia in* Káſzewice.
Chábielice.

Reſtá.

Restárzow.
Ruśiec.
Grábno.
Widáwá.
Ibid. Præp. Hospitalis S. Spiritûs.
Brzykow.
Rychłoćice.
Strońsko. *Sub ead. Par. Filia in* Rzekta.
Korczow.

Decanatus Radomscensis.

Rádomsko.
Ibid. Præpositura Hospitalis.
Ibid. Sacellum S. Mariæ Magdalenæ.
Krępa *vacat.*
Dobryszyce.
Wolá Grzymáliná.
Kámieńsko.
Kodrąb.
Dmenin.
Kobiele.
Zytne.
Borzykow.
Soborzyce.
Dąbrowá.
Kłomnice.
Gidle.
Pławno.
Strzáłkow Præbenda.

Decanatus Brzeźnicensis.

Brzeźnica.
Jedlno.
Kruszyná.
Borowno.
Mstow. *Sub eadem Parochia Ecclesia S. Otoliæ dicta.*
Mykánow.
Cykárzow.
Dworszowice.
Mákowiská.
Wąsosze.
Dźiałoszyn.

Siemi-

Siemikowice.
Páięczno.
Rząśná.
Strożá.
Szulmierzyce.
Wiewiec.
Lgotá.

Sub eodem Archidiaconatu Officialatus seu Territorium Vielunense, cuius Visitatio competit Præposito Ecclesiæ Collegiatæ Vielunensis, continet Decanatus tres.

Decanatus Rudensis.

Wielun.
Rudá.
Łászow.
Wierzchlas.
Skomlino.
Chotow.
Mokrsko.
Komorniki.
Ożarow.
Krzyworzeká.
Kádłub. *Sub eadem* Popowice & Grębień.
Wydrzyn.
Ráczyn.
Łágiewniki.
Rudlice.
Oszyiakow. *Sub eadem* Rádoszowice.
Czárnożołny.
Konopnicá.
Dąbrowá & Gaszyn.

Decanatus Crepicensis.

Krzepice *Canonicorum Regular. Lateranen. S. Augustini.*
Ibid. Præpositura Hospital.
Praszká.

Strá-

Strádźiec & Kowale.
Rudniki.
Zytniow.
Dankow. *Sub ead. Filia in* Záiączki.
Párzymiechy. *Sub eadem Filia in* Jáworzno.
Dźietrzniki.
Pątnow.
Mierzyce.

Decanatus Wieruſzovienſis.

Wieruſzow.
Biáłá. *Sub eadem Filia in* Wiktorow.
Łyſkornie.
Czáſtáry.
Woyćin. *Sub ead. Filia in* Zdźiár.
Boleſłáwiec.
Ibidem Hoſpitalis.
Mieleſzyn. *Sub eadem in* Chrośćin.
Sokolniki. *Sub ead. Filia in* Ochędożyn.
Cieſzęćin. *Sub eadem in* Węglowice.
Lututow. *Sub eadem in* Swiątkowice.
Nárámice.
Dźietrzychowice. *Sub ead. Filia in* Łubnicá.

Archidiaconatus Curelovienſis continet Decanatus ſex.

Decanatus Curelovienſis.

Kurzelow Collegiata.
Ibidem in Cæmeterio Eccleſia S. Adalberti.
Ibidem Sacellum S. Annæ extra Oppidum.
Koniecpole.
Ibidem Eccleſia antiqua in Chrząſtow.
Ibid. Hoſpitalis S. Crucis.
Rzujowice.

Chełm.
Przedborz.
Ibid. Præpositura Hospital.
Stánowiſká.
Jánuſzowice.
Zeleznica.
Chotow.
Wielgomłyny.
Włoſzczowá.
Konieczno.
Zálesie.
Czárnca.
Secemin.
Kuczkow.
Máluſzyn.
Nieśpielin.

Decanatus Małogostensis.

Máłogoſzcz.
Ibid. Hospital. S. Crucis.
Ibid. Sacellū S. Stanislai.
Chęciny.
Ibid. Præposit. Hospitalis vacat.
Ibidem Capella in Arce.
Ibidem in ſtáre Chęciny *Ecclesia antiqua.*
Piekoſzow.
Chełmce.
Stráwczyn.
Mniow.
Grzymałkow.
Łopuſzno.
Mnir.
Kráſoćin.
Kozłow.
Oxa.
Cierno.
Węgleſzyn.
Złotniki. *Sub eadem Sacellum in* Mniſzek.
Rembieſzyce.
Bolmin.

Decanatus Zarnoviensis.

Zarnow.
Ibidem Capella S. Otoliæ.
Skorkowice.

Biáła-

Biáłaczow.
Petrykozy.
Beldno.
Radoszyce. *Sub eadem Filia in* Miedźieża.
Pilczycá.
Ibid. Sacellum S. Barbaræ.
Lipa.
Fałkow.
Czermno.
Skotniki.

Decanatus Opocznensis.

Opoczno.
Ibidem extra muros Ecclesia antiqua S. Mariæ Magdalenæ.
Ibid. Hospital. S. Spiritûs.
Kunice.
Sławno.
Woyćin.
Dąbrowá.
Błogie.
Biáłobrzegi.

Kráśnica.
Libiszow.
Drzewica.
Brudzowice.
Odrzywoł.
Sołek.

Decanatus Skrzynnensis.

Skrzynno.
Ibid. Hospitalis S. Spiritûs.
Ibidem Capella S. Rochi.
Wieniáwa.
Wrzos.
Klwow.
Ibidem Ecclesia lignea SS. Trinitatis, & Capella S. Crucis. in Campo.
Potworow.
Nieznámirowice.
Bieliny.
Gielniow.
Gowarczow.
Ibid. Ecclesia S. Martini.
Końskie.

Odrowąż.
Ibidem Capella lignea S. Rosaliæ.
Smogorzow.
Skrzyńſko.

Decanatus Przyty-cenſis.

Przytyk.
Wrzeſzczow.
Bukowno.
Rádzanow.
Wyſzymirzyce.
Ibid. Hoſpital. S. Spiritûs.
Jáśiona.
Białobrzegi.
Strumiec.
Goryn.
Liſow.
Jedlinſko.
Ibid. Hoſpital. S. Spiritûs.
Błotnicá.
Káſzow.
Jánkowice.

Archidiaconatus Camenenſis ćontinet Decanatus ſex.

Decanatus Człucho-vienſis.

Człuchow. *Sub eadem Filiæ in* Damnice, Moſzyn, Lichtenhagen. *Eidem incorporatæ* Kriſtfeld, *cum Filiabus* Biſkupice & Barkienfeldt
Choynice. *Sub eadem Filia in* Szonfeldt.
Henniſchualdt. *Sub eadem Filiæ* Peterſuoldt, Roſenuoldt, Szonuardt, & *Capella Landecenſis.*
Hammerſztein. *Sub eadem Filiæ* Hansfeldt, Domysław, Falkienualdt, Łożen.
Koczala. *Sub eadem Filiæ* Starſen,

Starſen, Penkul, Eck-wir.
Baldeburg. *Sub ead. Filia* Witenfeldt.
Borzyſzkowo. *Sub eadem Filia* Brzeźno.
Konarzyn. *Sub ead. Filiæ* Sampolno, Swornoga.
Przechlewo. *Sub ead. Filiæ* Szczytno, Polenic, Kiełpin.
Furſtnow. *Sub ead. Filiæ* Krambſk, & Stegers.
Fridland. *Sub eadem Filiæ* Strzeczyn, Sztenborw.
Furchow. *Sub eadem Filiæ* Bukolt & Brzeźno.

Decanatus Wiecburgenſis.

Wiecburg.
Runowo.
Zábartowo. *Sub ead. Capella in* Orle.
Mroczá. *Sub ead. Capella S. Crucis.*

Sleśin.
Sąmśieczno.
Wąwelno.
Wierſzchućin. *Sub eadem Filia* Łunck.
Makowarſk.
Pruſzcz.
Kłunie. *Sub ead. Filia in* Záleśie.
Wałdowo. *Sub ead. Filia* Komierowo.
Sempelburg.
Ibidem Capellæ duæ, una tit. S. Crucis, altera tit. S. Franciſci.
Kámień Collegiata. *Sub ead. Filiæ in* Lututow, Cerekwica, Dąbrowica, & Obkaſz.

Decanatus Tucholienſis.

Tuchola.
Goſtyćin.
Jeliniec. *Sub ead. Filia in* Mę-

in Mędromierz.
Ráciąż.
Nowa Cerkiew. *Sub ead. Filia* Pawłow.
Oſtrowite. *Sub ead. Filia* Silnen, & *Capella* Ciechoćin.
Lichnow. *Sub ead. Filia* Sławęćin.
Ogorzelin. *Sub ead. Filiæ* Blumenfelden & Zámarten.

Decanatus Naclenſis.

Nakło.
Ibid. Sacell. S. Stanislai.
Morzewo.
Smiłowo. *Sub ead. Filiæ* Skorka & Plećimin.
Wyſoka.
Ibid. Sacel. S. Valentini.
Koſztowo. *Sub ead. Capella in* Nieżuchowo.
Gliśno.
Dębowo.
Satki. *Sub eadem Capella* Mrozowo.
Wyrzyſko.
Miáſteczko.

Decanatus Łobżinenſis.

Łobżenica. *Sub ead. Filia* Bługowien.
Gromadno.
Sławianowo.
Głupczyn. *Sub eadem Oratoria* Paruſzka & Sokolno.
Kráienká.
Ibid. Sacel. S. Catharinæ,
Złotowo.
Rádownica.
Zákrzewo. *Sub ead. Filiæ* Potulice, Wiśniewo, & *Oratorium in* Lipka.
Buczek. *Sub ead. Filia in* Debrzno.
Sypniewo.
Dźiewierzno.

Intimatio Synodi Archidiœceſanæ.

STANISLAUS in Słupow SZEMBEK, DEI, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ, Archiepiſcopus Gneſnenſis, Legatus Natus, Regni Poloniæ & Magni Ducatûs Lithvaniæ Primas, Primuſq; Princeps.

UNiverſo Clero, tàm Sæculari, quàm Regulari, Archidiœceſis Noſtræ Gneſnenſis, & iis omnibus, qui de Jure & conſvetudine, Synodo Diœceſanæ intereſſe tenentur, Salutem in Domino, & Paſtoralem Benedictionem. Perluſtratâ hucuſq; Annis ſuperioribus juxta præſcriptum Sacri Conciliÿ Tridentini Archidiœceſi Noſtrâ, & expeditâ per Nos ipſos Cathedralis & inſigniorum Collegiatarum, per Commiſſarios

verò

verò Nostros & Archidiaconos, reliquarum Ecclesiarum Collegiatarum, ac Parochialium Visitatione, nihil sanè optabilius Nobis restare censemus, quàm ut & in reliquis Pastoralem Nostram Sollicitudinem concernentibus, Officium Nostrum, non tantùm facere, sed & adimplere, auxiliante Domino DEO, valeamus. Cùm itaquè Jura Canonica, ac præsertim memoratum Sacrum Concilium Tridentinum Episcopos tantoperè obliget ad convocationem Synodi Diœcesanæ, ut ei peragendæ non tantùm modum, sed & tempus sollicitè præscribat, & fortiter injungat; Et cùm ab Annis multis in hac Nostra Archidiœcesi, videlicet à tempore Celsissimi & Reverendmi D. MATTHIÆ ŁUBIENSKI Prædecessoris Nostri, qui ultimam talem Synodum quoad se, & suos subsequentes Successores, in Anno 1643. Die septimâ Julij laudatissimè egit & peregit, sint intermissa: Nos pro debito Nostro Pastorali, dignum & justum reputavimus, antequàm ad

futu-

futura Comitia Varsaviensia, si DEO placuerit, discedere Nos oporteat, Synodum Archidiœcesanam indicere & intimare, prout indicimus & intimamus pro Feria secunda post Festum Sancti Bartholomæi Apostoli, quæ erit dies vigesimâ sextâ Mensis Augusti, Anni currentis, in Civitate & Ecclesia Nostra Collegiata Łoviciensi inchoandam & celebrandam. Invitantes ad hanc Synodum Venerabile Capitulum Nostrum Cathedrale Gnesnense, Rdmos Abbates, Præpositos, & alios Superiores quorumvis Ordinum in Archidiœcesi Nostra constitutorum; Requirentes Capitula Ecclesiarum Collegiatarum; Et mandantes Decanis, ac Parochis, & alijs quibusvis Curam Animarum quomodocunquè exercentibus, ac singulis, qui in hac Nostra Archidiœcesi Beneficia possident, seu Officia Ecclesiastica obtinent, in Virtute Sanctæ obedientiæ, & sub pœnis à Jure sancitis, ut pro die supramemorata, ac duobus diebus immediatè sequentibus, in Ecclesia Nostra

Collegiata Lovicienſi antè horam nonam matutinam, habitu quiſquè & tonſurâ convenientibus, & ſuperpelliceati, peremptoriè compareant, & ſic, ut præfertur, indictæ & intimatæ Synodo interſint. Nè autem interea, dùm Parochi & alij Beneficiati, Synodalis hujusmodi Conventûs causâ ab Eccleſijs ſuis & Beneficijs aberunt, Cura Animarum, & alia Officia ipſis commiſſa, aliquod detrimentum patiantur; eaſdem Eccleſias & Beneficia ſubſtitutis Sacerdotibus, ſivè Sæcularibus, ſivè Regularibus, modò non vagis, non ſuſpenſis, nec Cenſuris Eccleſiaſticis irretitis, ſedulò commendent, ordinamus; Et ut huic Noſtræ Ordinationi realiter ſatisfiat, Decanorum Officium ſeriò obſtringimus; Ac volumus, quatenùs ijdem Decani ſeu ubi Decani non ſunt deputati, Seniores Decanatuum Parochi, quiſquè ſui Decanatûs Eccleſiarum Parochialium, tàm vacantium ad præſens, quàm non vacantium, Cathalogum, tùm actu exiſtentium Parochorum, Vicari-

orum,

orum, Mansionariorum, Altaristarum, de Nominibus & Cognominibus, realiter ac diligenter conscribant, & pro futura Synodo adferant, ac producant. Deniq; ut Synodus hujusmodi tantò feliciùs, & cum majori Ecclesiarum Nostrarum utilitate peragatur, monemus omnes Presbyteros dictæ Archidiœcesis Nostræ, tàm Sæculares, quàm Regulares, & enixissimè obligamus, ut singulis diebus post publicationem præsentis Edicti Nostri, in Missis Collectas de Spiritu Sancto recitent; Et ut Dominus Omnipotens Consilia Nostra particulari & supernâ Benedictione præveniat, ac prosequatur, Orationibus Christi Fidelium, præcipuè post Concionem, seriò commendent. Volumus insuper, & mandamus, ut præsentes Nostræ Edicti, ac Innotescentiales Literæ, per affixionem Copiarum valvis Nostræ Metropolitanæ Gnesnensis, & Collegiatarum, ac aliarum Ecclesiarum, tùm per Decanatus Viâ solitâ Cursoriâ publicentur, atq; per eas taliter affixas & publica-

tas, ſingula prout mandantur, ita omnes comprehendant & adſtringant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter & expreſsè forent intimata. Certificantes ipſos, qui de Jure & conſvetudine Synodo hujusmodi intereſſe tenentur, quòd ſivè in termino præfixo comparuerint, ſivè non; Nos nihilominùs ad Celebrationem Synodi præfatæ, cùm adjutorio Gratiæ DEI procedemus; & ea, quæ ex utilitate Eccleſiarum Archidiœceſis Noſtræ fore videbuntur, decernemus & conſtituemus, contumaciâ cujuscunq; non obſtante;* pœnis tamen prout de Jure contra inobedientes & abſentes inflictis & extenſis. In quorum fidem &c. Datum Squiernievicijs Die ſeptimâ Menſis Iunij, Anno Domini Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo.*

STANISLAUS A. G. PRIMAS.



Jacobus Strykowſki, Publicus S. Authoritate Apoſtolicâ, & Suæ Celſitudinis Primatialis Notarius. mpp.

Allocutio Celſiſſimi & Reverendiſſimi Domini ad Synodum.

VENERABILES CONSACERDOTES & FRATRES NOSTRI CHARISSIMI. Præmiſſis DEO precibus, oportet, ut ea quæ de Divinis Officijs, vel Sacris Ordinibus, de neceſſitatibus Eccleſiaſticis, aut etiam de Noſtris moribus, à Nobis conferenda ſunt, cum charitate & benignitate, unusquiſq; Veſtrûm ſuſcipiat, ſummâquè reverentiâ, quantum valet, Domino adjuvante percipiat, vel quæ emendatione digna ſunt, omni devotione, unusquiſq; fideliter ſtudeat emendare. *Ex Pontificali.*

Quod attinet Divina Officia: Certum eſt, quòd omnis Sacerdos tantùm proficiat, tantùm deficiat in Cultu Divino, quantùm

est diligens, quantum est negligens in peragendis Divinis Officijs. Qui amat, qui timet DEUM, sivè mente, sivè voce orat, sivè Missam celebrat, sivè Verbum DEI prædicat, semper curat, ut se verum Amatorem DEI, fidelem, ac devotum in omni dispensatione Mysteriorum Ejus probet & ostendat. Maledictus, qui facit Opus DEI negligenter, benedictus, qui facit diligenter. Si Divinum Officium dicimus, psallimus, Angelorum Officio Laudes DEO incessanter canentium fungimur. Si Missam celebramus, Christum ipsum Dominum repræsentamus, conficiendo ex pane & vino, verum Corpus & Sangvinem Ejus. Facimus tale Opus DEI, quo nullum magìs Sanctum, nullum magis venerandum, tremendum, nullum magìs mirandum inveniri & dari Nobis potuit ad Salutem. Dum Verbum DEI prædicamus, facimus officium ipsiusmet Christi docentis, agimus vices Apostolorum docentium servare Præcepta, quæcunq;

Chri-

Christus mandavit eis. Hìc jam quæritur, ut fidelis quis in Nobis, tàm in recitando vel decantando Divino Officio, quàm in offerendo Sacro Missæ Sacrificio, in prædicando Evangelio, & in omni alio Divinorum Officiorum exercitio, inveniatur. Quod attinet Sacros Ordines: Sumus Nobis conscij coram DEO & Vobis, imò coram omnibus hominibus, quòd nemini citò manus imponamus, & imponere committamus. Quod aspirantes ad Statum Ecclesiasticum, in Spiritu & doctrina benè formari, ac institui curemus. Quod idoneos & benè instructos, quando necessitas postulat, etiam in hac se-
necta, non gravatìm ordinemus. Ipsi Sa-
cerdotes boni Congregationis Missionis, o-
mnem ad hoc impendunt operam & cona-
tum, ut in erudiendis & formandis Alu-
mnis Seminariorum, exspectationi Ecclesiæ,
ac Nostræ, & debito laudatissimi sui Insti-
tuti satisfaciant. Unum est, quod Nos vehementer afficit, imò affligit, quòd pauci valdè veni-

dè veniant Operarij ad Vineam Domini. Vocat multos Fundatio Radźiejoviana ad Seminarium hoc Łovicienſe, vocat, invitat multos Noſtra Proviſio. Suſcitavimus & Gneſnæ ad Cathedram Noſtram, à multo tempore malehabitum, imò extremè deſolatum Seminarium, & ad illud exigui numero aſpirare & venire videntur. Culpa talis infelicitatis potiſſimum redundat in Collatores Eccleſiarum Spirituales & Sæculares, quòd non timeant DEVM, & quòd habere non curent Providendos, Ordinandos ad Eccleſias vacantes Iurispatronatûs eorum, ac quod magìs dolendum, mirandum & deteſtandum eſt, quòd non velint habere Parochos, nec velint reddere DEO, quæ DEI ſunt, ac Eccleſiæ. Neq; minor culpa eſt aliquorum Capitulorum, & multorum Præpoſitorum, Parochorum, quòd neq; ipſis ſint Curæ fundationes factæ in Eccleſijs eorum. Negligunt, imò recuſant habere Vicarios, Manſionarios, licet aliquem ſaltèm,

vel

vel aliquos fovere possent, continuò inopiam allegantes, & seipsos in summa miseria & inopia Spiritûs Ecclesiastici constitutos esse non advertentes. Oportet igitur tales omnes meliùs habere & sapere. Nos certè pro bono Ecclesiarum, pro solatio Collatorum, pro decore Beneficiatorum, quod poterimus, & ultra auxiliante Domino DEO faciemus.

Quod attinet, ultra memoratam, alias necessitates Ecclesiarum. Præter defectum Cleri, quo laborant, alio quoquè magno defectu laborare eas, vel potiùs Beneficiatos earum, advertimus: Nimirùm quòd ipsi Iura Ecclesiarum suarum non vindicent. Si quando aliqua Nobis necessitas exponitur, invenit & habet benevolam apud Nos admissionem, & quantum possumus illi occurrere Nostro Consilio, Iudicio, auxilio, occurrere in voto & usu habemus. Ut autem & in vindicandis Iuribus Ecclesiarum non postremam partem haberemus, & ad vindicationem eorundem Iurium, proventuumq;

promptiores Beneficiatos faceremus, constituimus & in Nunciatura & in Tribunali Regni Petricoviensi Advocatos, seu Procuratores Causarum, Nostris impensis salariatos & salariandos. Quisquis igitur habet, quod vindicet, debet vindicare, & quidem tantò alacriùs & diligentius, ac fortiùs, quantò magìs præparatam & apertam viam habet ad vindicandum.

Quod attinet mores Nostros. Quid dicam Vobis Fratres dilectissimi. Dicam cum Apostolo: In multis offendimus omnes. Nemo scit, an sit amore, an odio dignus. Uniuscujusquè casus, tantò majoris est criminis, quantò, antequàm caderet, majoris erat virtutis, juxta Sanctum Bernardum. Vas Electionis, Doctor Gentium, per quem omnes Gentes cognoverunt gratiam DEI, dicebat de seipso: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. Dicebat se minimum Apostolorum, & primum peccatorum. Hoc esse minimum, & hoc esse primum, ad me

perti-

pertinet Fratres dilectissimi: Ipse errantem corrigat, ipse roboret in omni tribulatione, infirmitate & tentatione, ipse perficiat, cui cura est de omnibus, & sinè quo nihil boni etiam cogitare, nedùm facere possumus, tanquàm ex Nobis. Hæc loquenti venit in mentem, vix non ad oculum, turba magna Sacerdotum, de varijs delictis, scandalis, negligentijs in Cultu Divino & Cura Animarum commissis, inculpatorum, judicatorum, convictorum. Subit mox Pastoralem Animum dolens cogitatio, gravis admiratio, subit contra tales justa, & piè severa indignatio. Sacerdos DEO dicatus, mancipatus, Sacer Dux, Doctor & Magister Populi, potestatem habens conficiendi Sacratissimum Corpus & Sangvinem Christi, eodemq; Animam suam cibans: Sacerdos per potestatem, quam habet, dimittendi peccata, vel retinendi, Cælum ipsum aperiens, vel claudens, fierinè potuit, ut non DEO, sed carni, sed mundo, sed diabolo serviret? &

non opera DEI, ſed carnis, ſed mundi, ſed diaboli faceret? Quod vix ſperatum, quod nullatenùs exſpectatum, quod nusquàm ſatis dolendum, deplorandum videtur: hoc jam non ſemel, non in aliquibus, ſed in pluribus Sacerdotum: proh dolor! eſt compertum. Venimus jam gravi fato Eccleſiæ, & Statûs Eccleſiaſtici, non ad illa tantùm tempora, de quibus Propheta dixit: Et erit ſicut Populus, ſic Sacerdos; Sed ad talia, ut in multis locis meritò forſan dici poſſit: Nec ſicut Populus, ſic Sacerdos. Terribile eſt illud, quod dicit S. Hieronymus: Nullum puto majus præjudicium ab alijs patitur DEUS, quàm à Sacerdotibus. A Sacerdotibus? Sancte DEI! & quid de Infidelibus? Nullum puto majus præjudicium patitur DEUS ab alijs, quam à Sacerdotibus. Et quid de Hæreticis, Schiſmaticis? Nullum puto majus præjudicium ab alijs, patitur DEUS, quàm à Sacerdotibus. Et quid de Fidelibus in pravo habitu peccandi induratis, inveteratis

teratis

teratis? Nullum puto majus præjudicium patitur DEUS ab aliïs, quàm à Sacerdotibus. Reſpondet Sanctus, & addit: quando eos, quos ad correctionem aliorum poſuit, dare de ſe exempla pravitatis cernit. Exempla ſuperbiæ, avaritiæ, gulæ, luxuriæ, iræ, invidiæ, acediæ. Simile huic ſentit S. GREGORIUS, & dicit: Nemo in Eccleſia plùs nocet, quàm Sacerdos ſcandaloſè vivens: culpa ejus in exemplum vehementer trahitur, quando pro reverentia Ordinis, peccator honoratur. Recogitemus hæc Fratres dilectiſſimi: Qui ſtat, videat nè cadat: qui cecidit, ſurgat à lapſu, reſurgat ſtatim ab omni pravo habitu, pænitentiam ſinè ulla mora agat: vitam ſuam & mores in hoc triduo Synodali ſic inſtaurare contendat, ut Animam ſuam & Animas ſibi commiſſas, cum auxilio Omnipotentis DEI ſalvare valeat. Velit tantùm, & DEUS manum dabit: Manus Ejus auxiliabitur ei, & brachium Ejus confortabit illum.

Si cui fortè, quod dicetur, aut agetur, displiceat, sinè aliquo scrupulo contentionis palàm coram omnibus conferat, quatenùs mediante Domino, & hoc ad optimum Statum perveniat, ita ut nec discordans contentio ad subversionem Justitiæ, locum inveniat, neq; iterum in perquirenda veritate vigor Nostri Ordinis, vel solicitudo tepescat.

Ex Pontificali.



SER-

SERMO

Perillustris & Reverendissimi Gvilhelmi Robertson U. J. D. Gnesnensis, Posnaniensis Canonici, Præpositi Infulati Camenensis, Causarum Curiæ Suæ Celsitudinis Primatialis Generalis Auditoris, habitus in prima Sessione Synodi.

Attendite vobis & universo Gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam DEI, quam acqvisivit Sanguine suo. *Act.* 20.

FEliciorem nanciscimur conditionem in Concilio hoc Iustorum & Congregatione, in quo Nos Spiritus Sanctus posuit, & ore vigilantissimi Pastoris Nostri, in partem solicitudinis Sponsæ Ejus Ecclesiæ advocavit. Sistimur, venimusquè læti, ut ea, quæ sunt salutis Nostræ, & agamus & audiamus, imò corda dirigimus & affectus, hac supernâ vocatione permoti, quo Ductor & Doctor Gregis sui, Archipræsulum Optimus, nempè ad summi Gloriam DEI conatur perducere, mentem ejus Psal. 110.

excel-

excelsam explicante Chrysologo; Qui Sacros Spiritualium congressus Laudi Omnipotentis addictos, S. Chrys. *plenè enuncians dicit: DEUM sicut in omnibus, ita maximè glorificari in Concilio Sanctorum. Laus hæc sit Majestati Divinæ, & perennis honor, quòd congregaverit nos Dominus ad perpendenda ea, quæ sunt Statûs, & Officij Sacerdotalis. Sed & singularis obligationis census debetur à nobis Supremo Nostro Pastori, qui vigili suâ Curâ sic voluit, & Sanctè disposuit, ut nos omnes Ministri Altaris Domini impleamus ministerium nostrum. Magnus est & laudabilis nimìs hic fervor favorq; boni Pastoris, qui plena Salutis Ovibus suis pabula parat, & per grande senium confectæ ætati minimè parcendo, etiam vitæ prodigus, & salutis moribus præest, sanctitate præsidet, virtutibus præfulget, imò totum se dat & tribuit, ut Cætum suum, Gentem Sanctam, Populum acquisitionis, regale Sacerdotium, præsenti congregatum Synodo stabiliat, confirmet, benedicat, demùm ut omnes nos Christo lucrifaciat. Grandis isthæc Principis Sacrorum, Antistitis Nostri est dignitas, sed non minori sollicitudinum mole prægravata cui tamèn suprema vis Numinis æterni semper aderit, ut onus ejus leve sit, nimirum saluti Animarum impensum. Pastoralis honor onus est,*

etiam

etiam Angelicis humeris formidandum; sed hoc in PRINCIPE Nostro, bajula Divinæ mentis sustinet providentia, vel ideò, quia Sacratiori Animo format consilia, ut bonos Sibi, probos Ecclēæ efformet Viros, & ut Magistrali vitæ suæ exemplo, corrigat prava in directa, & aspera dirigat in vias planas. Grave equidem est pondus, ipsius Infula, quia in uno Capite omnes curas, nontantùm Archidiœcesis, verùm etiam vasti hujus Regni complectitur; sed populi, qui ei subest, grande levamen. Pontificij Pedi labor, otium nostrum est, adeò, ut verè dicere queam, & hanc mihi materiam ulterioris discursûs assumam, ac in præsentiarum proloquar, quòd vigiles Pastorum Curæ, beatam populo portendant quietem. Concil. Trident.

Vidistis & audistis solicitudinem Pastoris Vestri, nunc attendite ô Sacerdotes Ministri Domini, ad Vos Sermo meus & prædicatio mea, non impersvasibilibus humanæ Sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritûs & veritatis. Et licet certus sum Fratres mei de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientiâ, ita, ut possitis alterutrum monere, sapientiam enim loquimur inter perfectos, tamèn congregatos ad hanc S. Synodum, voce Pastoris mei & vestri, imò verbis Apostoli obsecro per Nomen Domini Nostri IESV 2. Coryn. ad Roman: 15. 1. ad Cor.

Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodē sensu & in eadē sententia. Quod in Cælis Motrices Intelligentias, hoc in terris bonos & vigiles esse Pastores, quis diffitebitur? Illæ enim, si humano loquendi modo, suas Cælis non admoveant manus, tota machina Cælestium stabit sphærarum, nullumq́ue benefico syderum influxu, in his sublunaribus causabunt effectum. Non dispari rerum eventu, si Pastores nullâ subditorum tangantur solicitudine, si minores hasce sphæras ad cursum bonorum non impellent operum, si regulam & normam vivendi, Pastoralibus non præscripserint actionibus, stabunt in suis obnixi malis, stertent in contractis semel ad propudium Angelorum sordibus, nullumq́ue penitùs inducent fructum Animarum. Benè nimiùm Iob, assumpto vigilis Pastoris prototypo, filijs suis prospiciebat: Mittebat siquidem ad eos, & sanctificabat illos, consurgensq́ue diluculo, offerebat holocausta pro singulis, dicebat enim, nè fortè peccaverint filij mei. Pulchrè aurei oris Chrysostomus ponderoso verba hæc commentatur discursu: Non dicit Iob, relinquam filijs meis ampla patrimonia, non gloriam eis conferam, non Principatus emam, aut divitijs replebo, sed tantùm dicit: Nè fortè peccaverint filij mei.

Job, 1.

S. Chrysostom. Homil. 69.

mei. Quàm proficua Sanctæ Curæ solicitudo, ut domui suæ beatam provideat quietem, omne peccatum, quod impedit plenam requiem Animarum, detestatur. Imitentur necesse vigiles ad incolumitatem gregum suorum Pastores, vigilantiorem omni Argo Moysen, qui dùm infestæ Amalecitarum contra Populum D E I, instruerentur acies, urgentibus hisce supremum Castrorum Ducem Iosue hortabatur verbis: Elige viros, & egressus pugna Exod: 17.
contra Amalec, ego stabo in vertice collis. Provida sanè Sancti Legislatoris dispositio: Moyses enim dùm supplices tollit ad Superos manus, trahit de Cælo triumphos, & insperatâ victoriâ adversas confudit phalanges: Cumq; levaret Moyses manus, vincebat Israël, sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec. Et quòd cernuus vota sua redderet Domino pro populo in vertice collis, vel ideò fecit, ut tantò meliùs prospiceret subditis, aspiceret delongè imminentia pericula, respiceret molimina hostium, & indè omnibus consuleret piæ orationis suffragio. Nimirum beatum Populum, cui hæc sunt: Speculato- Ezech: 3.
rem enim dedit Dominus Domui Israël. Itaq; Spe- S. Gregor: hom: 11.
culator in montis altitudine sedeat, atq; vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. In alto debet stare per vitam, ut populo possit prodesse per provi-

Gen: 31. dentiam. Benè domui Laban cum vigili Iacobo, nulla enim præda de domesticis gregibus rapaci belluæ cessit, quia fugiebat somnus ab oculis ejus. Pro-
Exodi 3. vidè armentis Ietro, cum indefesso excubitore Moyse, nullam sui faciunt jacturam, quia in nullo deerat sedula Pastoris vigilantia. Semel tantùm in stagno Genesareth visus est obdormivisse Christus, at-
Matth: 8. testante Scripturâ: Ipse verò dormiebat, & ecce navicula operiebatur fluctibus, & ad extremum cunctos secum trahebat exterminium; hinc enim populo, hinc Regnis, hinc Provincijs clades ista venit, nisi excubuerint à Specula Majestatis Principes, & oculos ad necessitatem suorum converterint. Quod Apostolis, hoc toti mundo fas est evenire. Quid enim aliud remigantes in spatioso mundi hujus mari expectet Animas, dùm Pastores illorum sopiti incuriâ dormiunt, nisi naufragium, & amissi jactura Cæli. Pastorum exemplar prætulerunt illa oculata Eze-
Apoc: 4. chielis Animalia, quæ oculis plena erant intùs & extra; intùs, ut saucijs Animarum prospicerent conscientijs; extra, ut lupum arcerent in discrimen gregis satìs, imò plusquàm vigilantem. Exindeq; Pastori futuro Domûs Isràél Hieremiæ virgam vigi-
Jerem: 1. lantem præmonitor ostendit Dominus: Vt doceat Pastorem virgam esse debere, non quandocunq;, sed conti-

continuò vigilantem; Virgam quidẽ ad pœnam delictorum, sed vigilantem ad quietem subditorum. Ejusmodi vigilantem virgam se ostendit Populo mitratus ille Isràélis Custos Iojada, qui dum furentis Attaliæ per universum Regnum machinata instaret cædes, tunc cauto ingenio innocentem ab interitu servavit Regem. Sic solers fuit in vigilando, etiam circa minutissima, nè quid illi unquam deesset ad numerum vel meritum, increata Sapientia Christus, dùm relictis nonaginta novem, unam deperditam, pio affectu vadit quærere ovem. Talis vigilantiæ vult esse omnem Pastorem Archetypus bonorum Pastorum Paulus, dùm amicissimo Timotheo, ejusmodi insinuat vigilias: Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple; ac si patenter dicat, quia non implebitur quies gregis, nisi tu impleveris munus vigilantiæ Pastoralis. Quàm condignum elogium indefessi cujusdam Pastoris annotavit Regius Psaltes, dum voces & vota sua in laudem formando, officium ejus hac verborum energiâ descripsit: Ecce non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Isràél; quid enim est somnus incurij Pastoris, nisi cubile exosum excubantis in damna Animarum draconis. Messis Erebi est sub tali Custode; pulvinar vitiorum desidio-

4.Reg. 11.
Matth. 16.
2.Tim. 4.
Psal. 120.

ſos tenet, & emergentium undequaquè naſcitur oc-
Matt. 13. *caſio Zizaniarum. Et undè precor in Evangelico agro iſta peſtilentia pullularûnt zizania? niſi quòd dormirent homines, & inimico dederint tempus illa ſeminandi. Vndè in Vinea Chriſti, tot abortivoś videmus ſuccreſcere ſtolones? niſi quod dormiant Superiores, quibus ex contextu Scripturæ competit, ut*
1. Reg. 9. *cum Samuele ſint videntes. Infauſtum ſanè Ovibus omen, quoties in munere ſuo obdormit Paſtor, quia indè ſequitur ruina Animarum, dicit enim*
Mat: 26. *Scriptura: Percutiam Pàſtorem, & exindè neceſſariò eventuram conſequentiam infert; & diſpergentur Oves gregis. Subtractio enim Paſtoris boni, ex ſe ſufficit ad diſperſionem Ovium. Imò ut tantò meliùs Gregi ſuo proſpiciat Paſtor, non ſe abſtrahere ab illis, ſed ſeipſum exuere ex omni humano reſpectu, plùs dicam, ſe eſſe hominem oblivìſci debet. Vndè diſputaturus, aut potiùs prædicaturus populo*
Luc: 2. *ſuo principia Fidei duodennis Chriſtus inſcijs Parentibus remanſit in Templo, & non cognoverunt Parentes Ejus: nimirùm voluit oblivìſci Parentum, non eſt recordatus ſangvinis, ut per oblivionem Suorum, tantò meliùs injuncti Sibi à Patre miniſterij, & commiſſarum Ovium recordaretur. Hoc enim ſingulariſſimum boni Paſtoris munus, quod Apoſto-*

lus ad

lus ad Hæbreos insinuat, dum omnem Pontificem Hæbr: 5.
ex hominibus assumptum, pro hominibus tamen constitutum
asseruit, ut non sibi, sed hominibus vivere
Pastores ostenderet, qui vitam Ovium, propriâ
salute mercari debent. Æterna enim Veritas Chri- Joan: 10.
stus, non ad honorem tantùm prælationis, sed ad mortem
Pastores vocavit, dùm bono Pastori, Animam
dare pro Ovibus suis speciali obligatione injunxit.
Id laudatum est Pastoris Nomen, quod non aliquomodo,
sed continuò vigilat & prospicit, undè possit
beatam subditis suis dare quietem. Nec immeritò,
nàm dùm Pastor in specula est, grex semper manet in
securo. Quæso, qui primi fuerunt, nascentem in Lucæ 2.
terris videre & adorare DEVM, nisi Pastores,
qui simul cum incarnato Verbo, universalem ab Angelis
perceperunt pacem; nec miremini, Pastores enim
fuerunt in Regione sua vigilantes, & custodientes
vigilias noctis super gregem suum, sic dùm Pastores
vigilant, & Angeli canunt, & DEVS præsto
est, ut conferat populo optatam quietem & pacem.
Nec opus est majori documento, nàm Pastor stans
super custodiam Ministerij sui, etiam Angelos habet
Adjutores ad ea, quæ pacis sunt Ovium subjectarum.

Iam dixi de Pastoribus, & cum finire
sperabam, & ecce Tu mihi Exordium laudum &

encomio-

encomiorum occurris vivum & expressum boni Pastoris Prototypon, Celsissime & Reverendissime PRINCEPS. Quis enim Curarū Tuarum molem plenè edisserat, quam & in præsenti Synodo lucro Animarum intentus expressisti. Apparuisti in moderno Consilio vultu Angeli pacem ferentis, & annunciātis universæ terræ. Stetisti pijssime PRÆSVL ad consulendum Archidiæcesi Tuæ, tanquam coronatus in Concilio Stephanus, Spiritu S. plenus & fide. Indefessam Solicitudinem Tuam, non tantùm in præsenti Congressu, veluti auream messem colligit Archidiœcesis, verùm etiam tota colit Sarmatia, & universus adorat Orbis. Sparsisti per immensa Curam Tuam Terrarum spatia adinstar Principis Pla-
Eccl. 1. *netarum, cuncta illustrans, lustrans universa in Circuitu Tuo. Conjurata fatorum in interitum Regni reperisti Sæcula, diviniore tamèn Sapientiâ, & plusquàm Herculeo labore, edomitis discordantium Animorum ostentis, restitutâ Reipublicæ tranquillitate, feliciora reddidisti. Quot insomnes duxisti noctes, ut optatissima Patriæ illuxisset dies. Quoties Atlanticum infra pondus diei & æstûs demisisti pectus, ut*
Exod: 12. *collabentis Ecclesiæ sublevasses universa. Præceperat Supremum Numen in expiatorium holocaustoma offerri hædum: Tu Patritias Capellas du-*

dum in victimam consecrasti, imò Majestatem Tuam, pro Ecclesia & Patria in perpetuam Hecatumben toties dedicasti, quoties in edomandis vitiorum monstris fortissimum Te Principem exhibuisti. Luculenta exantlati laboris pro bono publico exstant universis documenta, quantâ dexteritate in æstu illo bellorum, quo miserè totum vexabatur Regnum, Regij Solij tutabaris decora, verè Princeps potens servare depositum Regni, & ut Portitor Diadematis in toga, & Tutor in sago exstiteris. Regni thesaurum quantâ Sapientiâ, in prosperis cautè, in adversis tutè, in periculis securè, in seditionibus defensè, in bello pacificè, in pace servasti, & conservasti expeditè, ut non immeritò, publico ore Pater appelleris Patriæ. Amplissima Grodnæ & Varsaviæ in tot Comitijs Generalibus, quis recensebit merita? ubi Sacras ROSAS Tuas, fervidi Curarũ & periculorum, de immunitate Ecclesiæ, integritate Reipublicæ, adurebant æstus, sed his omnibus, probè loquente Tacito, quasi Defensor objectus es, etenim nisi ad illa tempora natus esses, quasi uno lapsu ruissent omnia, triumphavit tamèn invicta Centifoliæ Rosæ virtus: & Sanctiori nutantia in veritate pectora redanimavit Spiritu. Svasisti enim pacem, imò habere jussisti, ut de condigno dicaris, & Celsissimus in Repu- Tacitus.

 blica,

blica, uno gradu à Majestate distans Princeps, & palliatus inter Purpuratos PRIMAS, vel ipsis Optimatibus melior. Hoc de Te, non mea humilis svada, sed publica Regni fatetur conscientia, imò totius Europæ non ignara gestorum Tuorum approbat scientia. Nil detractum velim Prædecessoribus, quos ut plurimum dotibus præstantissimos Principi ArchiTiaræ favor Cæli dederat Præsides, quorum pios veneror Manes, ad Tuarum virtutum & meritorum gloriam, omnium annutu, nullus Antecessorum dici potest anteivisse, summa felicitas, si numerus sequentium assequatur. Nunc de Tua singulari in Ecclesiam Munificentia quid loquar? super qua mirari magis, quàm verba fundere decet. Æstimamus Pactolum ad utilitatem aureâ saburrâ fluentem. Commendamus Eoa auriferi Gangis fluenta. In immenso Munificentiæ Tuæ pelago, tenuis linguæ cymba metuit naufragari. Quanta largitionum Tuarum ad Metropolim Nostram, & hancce Insignem Collegiatam non exundarunt alluvia, loquantur Aræ, testentur æraria, Sacra in perenne fateatur Suppellex. Invido fatorum casu, à voraci flamma, parte sui consumpta Schola Regni Vniversitas Cracoviensis, vivido Munificentiæ Tuæ animata influxu, in præstantiori forma, velut redivi-

vus

vus Phœnix ad perennaturos Nominis Tui exſurgit Splendores. Redactæ in cinerem doctæ Themidis laureatæ Exedræ, à benefica Dextera Tua, copioſiſſimo irrigatæ nymbo, æviternas Honori Tuo germinabunt adoreas. Archidiœceſana Gneſnenſe & Lovicienſe Seminaria, amplam laudationis, imò veriùs gratiarum actionis Munificentiæ Tuæ porrigunt materiem; illud antehac rudis & indigeſta moles, in novam eruditionis Cleri proficit Coloniam, hoc inexhauſtâ Tuâ Liberalitate in auctâ murorum compage, gratioſo reſplendet fulgore. Inſepulta ruderibus Archipræſulum Palatia, magnifico ruinæ exemiſti ſumptu, ut ideales bonorum operum fructus, ſecuturis poſt ſera fata relinqueres Succedaneis. Prodit in publicum profuſam Munificentiam Tuam, & pervigilem Curam, omnium penè univerſitas Ecclesiarum, qui vel collabentia DEI Sanctuaria, liberali ſuſtentaſti gazâ, vel collapſa, munificâ erexiſti Manu. Lucet in Te, DEI & Sacrorum reverentia, fulget rerum Divinarum peritia, ſed ut eam prudentia rectrix comitetur, nitet cordata probitas, modeſta magnanimitas, clemens juſtitia, juſta clementia, pia ſeveritas, exundat munificentia, ſed quæ fontes derivet, non exhauriat. Splendet Authoritas, ſed gratijs Roſarum temperata, undè

majus Tui in omnibus Teste Basilio accendit desi-
S. Basilius. derium: Rosarum quippe Amatoribus, natura minutas illas spinas, quasi quædam amatoria illectamenta isti flori affixit, ut stimulis illis, ægrè contactum admittentibus, ad majus desiderium colligentes provocet. Emicat eximia in gubernando Clero, in regendo Populo, in visitandis Ecclesijs solertia, spectatur in DEUM Religio, in Templa pietas, in proximorum salutem zelus, ut redivivus credaris alter Rosinus Adalbertus. Congratulamini ergo o-
ad Hæb. 7. mnes, qui diligitis Dominum, tantum Archipræsulem, talis enim decebat, ut Nobis esset Pontifex, qui non minùs prodesse cupit, quàm præesse valet. Non timebunt suo velleri Oves sub tali Pastore, qui naturæ domandæ, gratiæ fovendæ, legi servandæ, saluti promovendæ, vigilantissimus. Sapientiâ dirigit, potentiâ protegit, justitiâ continet, clementiâ solatur. Vive igitur in multas ætatum miriades Nobis & perennaturæ posteritati, Celsissime & Reverendissime PRINCEPS, hoc Tibi modernum vovet Concilium, à cujus vita Divûm honos, Majestatis decus, Ecclesiæ integritas, Patriæ libertas, Cleri norma, Populi forma, nostri demum omnium propendet salus.

ad Hæb. 4. v. 14. Adèóq; habentes talem Pontificem, qui potens

sit

ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere; benedicite Dominum Sacerdotes Domini, & ſimul venerandi Confratres, Cauſam Conſeſsûs noſtri inquiramus, quare congregavit nos Dominus? Genuinam enim Conciliorum celebrandorum rationem reddit PAVLVS V. Pontifex Maximus, dicens: Concilium inductum eſſe, ad bonorum morum reductionem, emendationemquè malorum. Et nunc videte vocationem Veſtram. State ſuper vias Veſtras, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea. Non enim vocavit Nos DEVS in immundicitiam, ſed in ſanctificationem atq; honorem, itaquè qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed DEVM. Vnusquiſquè in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Conſideremus & nos ſvadente mellifluo Bernardo, an vocati venerimus, & vocati à DEO, cujus nimirùm hæc vocatio eſt. Ideò obvium ſe præbet quæſtioni huic, imò veriùs Congreſſui Noſtro Salvator, cum Divino ſuo ore nobis loquatur: Ego inquit elegi vos, & poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. At quis fructus quæſo? & illico aureum Os Eccleſiæ D. Chryſologus declarat, quòd hic idem fructus, ſit ſalus Animarum. Attendite quæſo,

[Margin: ad Tim. 1. v. 9. — Dan: 3. — 4. Reg. 3. — In Bul. Concil. Trident. — 1. Cor. 1. — Jerem. 6. — 1. ad Theſſ. cap. 4. — 1. ad Cor. 7. — S. Bernard. — Joan: 15. — S. Chryſ. — Act. 20.]

attendite vobis & universo Gregi, in quo vos Spiritus S. posuit regere Ecclesiam DEI, quam acquisivit Sangvine suo. Vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus. Opus enim est, ut dicit præstantissimus Cyrillus, cum Divina Gratia, sobriâ mente, & vigilantibus oculis, ut zizania vitemus pro tritico, pro Ove lupum, diabolum pro Angelo bono. Vigilate, quia diabolus circuit quærens quem devoret, insidiatur quasi leo in spelunca sua, super quo ingemiscens exclamat Hieronymus: Insidiatur inquit leo in spelunca sua, ut rapiat pauperem, & tu frondosæ arboris tectus umbraculo, molles somnos futurus præda carpis? moxq; subjungit: Nolite ergo credere, nolite esse securi, licet in modum stagni fusum æquor arrideat, licet vix summa jacentis elementi Spiritu terga crispentur. Magnus hic campus montes habet, intùs inclusum est periculum, intùs hostis, expeditè rudentes, vela suspendite, Crux Antennæ figatur in frontibus, tranquillitas ista tempestas est. Vndè non immeritò in Apocalypsi monetur Sardensis Episcopus: Esto vigilans, & confirma cætera. Ad quod alludens mysticè Gregorius Nissenus profatur: Somnia sunt Magistratus, opes, potentia, fastus, voluptatum impostura, gloriæ cupiditas, vita delicata, ambitio, quod to-

[Margin notes: Ephes. 6. — S. Cyrillus — 1. Petr. 5. — S. Hieron. — ad Hel: ep. 1. — Apoc. 3. — S. Gregor: Niss.]

tum

tum sat doctè concludit Hipponen: Infulatus: Ergo S. August
corde vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus Serm: 23.: de Verb:
vigila. Beati enim Servi illi, quos cum venerit Dni. Matt. 12.
Dominus invenerit vigilantes. Probè namq; di-
xit S. Gregorius Magnus, quòd Magistri vigilan- S. Greg. lib. 2. mor:
tes, scientiâ & doctrinâ Auditores suos per vigilias
prædicationis nutrire debent. Attendite & videte,
quid intendat Doctor Gentium, cum hanc distribu-
tivam Gratiarum DEI in hominibus posuit, dùm ait: 1. ad Eph. 4.
Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem
Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem
Pastores & Doctores. Nimirùm ad ostendendum,
ut Angelicus explicat Doctor: Quòd proprium offi- S. Thom. Aquin:
cium Pastorum Ecclesiæ sit docere ea, quæ pertinent
ad Fidem. Idipsum exponente Augustino, qui Pa- S. August.
stores & Doctores eosdem esse putat, ideò cum præ-
dixisset Pastores, dicitur subjunxisse Doctores, ut in-
telligerent Pastores, ad Officium suum pertinere do-
ctrinam; ideò cum Superiora distingueret, hoc tan-
quàm unum aliquid, duobus nominibus complexus
est: quosdam autem Pastores & Doctores. Et nunc
Fratres, quoniam vos estis Presbyteri in Populo Judith. 8.
DEI, & ex vobis pendet Anima illorum, ad elo-
quium vestrum, corda illorum erigite. Labia enim Malach. 2.
Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent

ex ore

Isaiæ 58. *ex ore ejus, quia Angelus Domini Exercituum est. Ac proindè Divinus Spiritus mandat Isaiæ: Clama nè cesses, quasi tuba exalta vocem, quod nec*

ad Tit. 2. *immeritò præcipit Tito Paulus, ut loqueretur, quæ*

1. Tim. 6. *decent sanam doctrinam; & Timotheo inculcavit, ut in dictione Sacrorum devitaret profanas novitates.*

Prover: 15. Matt: 10. *Sermo enim oportunus optimus, ut ait Spiritus S.*

1. Petr. 3. *cui insistentes, estote prudentes, sicut serpentes, parati omni poscenti vos rationem reddere, nè pudor aliter quàm expedit, Verbum Domini ministrantibus*

S. Bernar: Serm: 66. in Cant. *ingeratur, id Nobis inculcante Bernardo: Pudeat inquit Successores Apostolorum lucem non esse mundi, sed modij, undè acriùs quemlibet talium adhor-*

IdemEpist. 245. *tatur in quodam suo Sermone: Præsis, ut prosis verbo, exemplo, oratione, non plausu, sed planctu.*

Idem Epist. 42. ad Hen: Episc. *Nec præceps eris in sententia, nec vehemens in vindicta, non in corrigendis remissior, non severior in parcendis, non pusillanimis in expectandis, non superfluus iu victu, nec notabilis in vestitu, non citus ad promittendum, non ad reddendum tardus, nec*

S. Gregor: in cap. 28. Job. *prodigus dator. Lex est Prædicatoribus (: testante Gregorio:) posita, ut impleant, quod loquendo svadere festinant, nàm loquendi authoritas perditur, quando vox opere non adjuvatur, illa vox cor audientis penetrat, quæ hoc, quod sonuerit, opere confir-*

mat.

mat. Non dispari sensu in hanc visus est ivisse sententiam Hieronymus, cum Nepoti suo hunc magistralem modum vivendi præscripserit: Non confundant opera tua sermonem tuum, nè cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo hæc, quæ dicis, ipse non facis? delicatus Magister est, qui pleno ventre de jejunijs disputat, accusare avaritiam & latro potest; Sacerdotis Christi os, mens, manusq; concordent. Vestimenta Sacerdotis, exponente Gregorio quid aliud? quàm recta opera debemus accipere, juxta illud Prophetæ: Sacerdotes Tui induantur justitiâ. Tùm quoq; alludens illis tintinnabulatis Aaronis vestibus, probè asseruit: Vestimentis itaquè illius tintinnabula inhærent, ut vitæ viam cum lingvæ sonitu, ipsa quoquè bona opera clament Sacerdotis. Sat benè illud persvasit Paulus suo Timotheo, dùm dixit: Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Vt scilicet Timotheus, aut quicunquè Nostrûm juxta doctrinam D. Hieronymi, sit instar archetypi, sivè primariæ formæ, ex qua viva virtutum simulacra, lineamentis vitæ honestæ in se translatis exprimantur. Et nervosiùs ad hunc servandum modum ait Bernardus: Monstruosa (: inquit:) res, gradus summus, & animus infimus,

S. Hier: ad Nep: Ep: 2.

S. Greg:

Idem apud Corn: à Lapide.

1. ad Tim: 4.

S. Hier: apud Corn: à Lap.

S. Bernard. l. 2, de Con. ad Eug. cap. 7.

Sedes prima, & vita ima, lingva magniloqua, & manus otiosa, sermo multus, & fructus nullus, vultus gravis, & actus levis, ingens authoritas, & nutans stabilitas; dicta enim factis deficientibus erubescunt. Sic exemplarem in omnibus convenit esse Sacerdotem, speculum enim est, imò spectaculum mundo, Angelis & hominibus factus. Vndè Lex quoquè vetus statuit, ut mundus tantummodò Sacrificia litasset Sacerdos. Homo (: inquit:) de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret panes DEO suo, non accedet ad ministerium ejus, moxq́; per urgentem rationem subjunxit, quia maculam habet, & contaminare non debet Sanctuarium meum. Quid audistis Fratres, clamat S. Ambrosius: Si in figura tanta observantia, quanta in veritate? Mundamini ergo, qui fertis vasa Domini, lavamini, mundi estote. Nonnè scitis, quia iratus est indignatione Dominus contra Osam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est juxta Arcā DEI. Audistis inquam, quòd in illo cænaculo post buccellam intravit Satanas in Iudam, ideò, quia Panem Cœlestem indignè manducavit, & hoc impio ausu, ut S. Ambrosius dicit, se prodidit, & Ecclesiam maculavit. Sed quid mirùm Fratres venerandi, id enim nobis præ oculis S. Hieronymus pro visibili idea ponit,

Tertul. lib: de pat:

Lev. 21.

S. Ambr:

Isaiæ 62. & 1.

2. Reg. 6.

Joan: 13.

S. Ambr:

nit, ut noxam ejus vitemus, nam & nos sumus de Sa- S. Hier:
crosancto Concilio; sed nè assentiamur proditori Iu-
dæ, avertit, quem Apostolatus quoq; minimè salva-
vit, licet enim fuerit de Sacro Christi Collegio, fuit
tamen unus numero, non merito. Sectemur in hoc
puncto Divinam Chrysostomi Doctrinam, qui unâ
omnibus Sacerdotibus persvadet voce: *Si purè acces-* S. Chrysost: hom: 45. in Joan:
seris, ad Salutem accessisti, si in prava conscientia,
ad pœnam & supplicium. Nec enim in vanum
Scriptura illud enunciavit: *Sacerdotes, qui accedunt* Exod: 19.
ad Dominum, sanctificentur, nè percutiam eos.
Necesse enim juxta sensum Basilij, Sacerdotem sic S. Basilius.
esse purum, ac si in ipsis Cœlis collocatus, inter cœle-
stes Virtutes medius staret. Nec immeritò, *Sancti* Levit. 21.
enim erunt DEO Suo, & non polluent Nomen E-
jus; Incensum enim Domini & panem ejus offerunt.
Populum quoq; docebunt, quid sit inter Sanctum & Ezech: 44.
pollutum, mundum & immundum ostendent eis. I- S. Basil.
gitur monente Basilio, accedat Sacerdos ad Altaris
Tribunal ut Christus, assistat ut Angelus, mini-
stret ut Sanctus; Sacerdotis enim Animam solaribus
radijs puriorem esse oportet. Non enim sicut Popu- Isaiæ 4.
lus, sic Sacerdos; sed quantò ampliùs elevati per cha-
racterem, tantò eminentiùs per vitam stare debemus.
Vehementer enim dicente Hieronymo: Ecclesiam S.Hieron: Ep: ad Tit.

DEI destruit, meliores Laicos esse, quàm Clericos. Quid quæsò est ipsum Sacerdotis nomen? dicat æstimatissimus Dionysius Areopagita: Qui Sacerdotem augustissimum prorsusq; Divinum insinuat Virum. Quid sunt manus nostræ, Maximi sub parvo Panis Eucharistici compendio DEI bajulæ? conclamet venerandus ipsâ suâ antiquitate Tertulianus, nempe: Sacerdotis manus, matres esse Divinorum. Hæreat intimis infixum medullis factum illud, sed seriũ Demosthenis ad Athenienses monitum, qui dùm videret navim quandam Dijs consecratam, rursùs ad profana aptari mercimonia, sæpiùs vehementioribus hisce Senatum objurgabat querelis: Videte (inquit) Athenienses, DEO enim dicatum corpus nefas est, ut serviat sæculo. Dedicavimus & Nos in ipsò vocationis nostræ limine, corpora nostra DEO, ergo nefas est, ut serviant Sæculo, ut proprijs impendantur commodis, & obtemperent mundanæ vanitati, quinimò opus est, ut sic transeamus per bona tẽporalia, nè amittamus æterna. Terreat nos illa nondùm suo asserta nitori pöetica Claudiani crystallus, cui satìs acutam subjunxit Epigraphen: Non poterat toto mentiri corpore gemmam. Gemmas quoquè nos decet esse, sed ex omni parte nitidas & puras, quia cœlesti rore conceptas, & splendidâ luce solis Iustitiæ

Dionysius.

Tertulian.

Demosth:

Claud.

educa-

educatas; ideò toto corpore & animâ nitidissimas. Si enim Apostolici effati oraculo vocamur Gens San- 1. Petri 2.
cta, justè profanum omne à nobis debet exulare, & sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & Di- 1. Cor. 4.
spensatores Ministeriorum DEI. Si Regale Sacerdotium, ex mente Scripturæ nuncupamur, necessariò contextâ omnium virtutum serie debemus coronari. Nec enim soli Iosedec Sacerdoti coronas de Zach: 6.
auro mundissimo jussit fabricari optimus rerum omnium opifex DEUS; sed etiam nos jubet esse conspicuos primâ & nobilissimâ coronâ Sanctitatis. Quomodo enim Sacro ab alijs distingvemur habitu? nisi præstantiori virtutum habitu emineamus; quomodo uncti Domini vocari merebimur? si in atletica meritorum succumbemus; quomodo lux mundi Matt: 5.
glorioso appellabimur nomine? si nos confinia aliqua inficiant tenebrarum. Denique Sanctum illud hortatoris Pauli sequamur monitum, quod excitando ad vigilias super Gregem suum dedit Tito: In omni- ad Tit. 2.
bus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil malum habens dicere de nobis. Sternuntur nobis viæ ad hæc omnia adimplenda in svavissimis Gentilitijs Celsissimi Archipræsulis Nostri ROSIS, qui

Salutari fine Archidiœcesanam hanc, maximâ suâ curâ convocavit Synodum, ut in illa daret nobis exemplar, & normam vivendi, devia ad orbitam reduceret, infirma salubri resoveret consilio, omnibus deniq́, quà Præsuleâ solicitudine, quà Paterno affectu, prospiceret ac provideret Ovibus sibi subjectis beatam quietem. Reflorescet novo meritorum splendore, & reassumpto boni Ordinis specimine tota hæc vastissima Archidiœcesis, sub felicissimis auspicijs ROSARVM *Celsissimi* PRINCIPIS *Nostri, quæ sicut nos traxerunt in odorem Pastoralis ejus Svavitatis, ita in omnibus mella proferent sapientissimarum in hoc Synodali Conventu Doctrinarum & præceptorum. Et sicut solicitudo ejus beatam nobis quietem parat, sic nos quoq́ à vijs mandatorum ejus non aberrando, ut videamur conformes fieri imagini virtuti ejus, quæ pacis sunt, se-* ad Rom. 14. *ctemur, & quæ ædificationis sunt, invicem custodiamus.*



SER-

SERMO

Perilluſtris & Admodùm Reverendi Andreæ Kwapiſsewicz U. J. D. Canonici Gneſnen. habitus in ſecunda Seſſione Synodi.

ALternant fata vices, hinc triſtia lætis, adverſis ſuccedunt proſpera, at nonniſi miſerente DEO dantur meliora lapſis. Novercans longo annorum tractu temporum calamitas, invida plùs juſto Polonæ Gentis quieti Exterorum clypeata ſeges, repentinæ mortis ictu condenſata funeribus cadaverum ſtrages ad uſq; ſeptuageſimum ſeptimum annum, plenam obſervandorum Eccleſiæ impedivêre executionem; arridet en ecce, dum pax oriri viſa, ac ferientis vindictæ Domini paulisper ſubſtitit dextera, exequendorum Campus. Łubienianum Caput, vitam & Acta Archidiœceceſanæ Synodi clauſit, & jam hactenùs tumulata Spiritualis Conſilij facies, ut Roſas loquatur, Archi-Præſuleis revireſcit in ROSIS. Salientes pollicentur lætiora CAPRÆ, fauſto utiq; omine, altiora quippè tantummodò Cælorum per ardua petunt.

Non

Non est timendum Dignissimi Sacrorum Ministri, ut Sancienda vacillent, res Sponsæ agitur, cujus Sponsus est, qui Mæcenas est, qui solicitus Pastor & Pater. Primus hìc Ter Optimo Maximo DEO reddendus Cultus ex innumerabilibus eo titulo, quòd
Matt: 18. *congregatis in suo Nomine assistat. Ille enim, ubi duo, vel tres, in Nomine Ejus congregati, in medio eorum præsenter adest. Pastoralis vigilantia, utpote sinè intermissione Legum Custos, unanimi voto celebratas sibi demisso poplite, post præmissas DEIparæ Virgini, ac Sanctorum Inclyti Regni Patronorum laudes, in paternum recipiat sinum.*

Et quia tractandorum in serijs, prima series, nàm & prima virtus, seipsum nosse, agendum est,
1. Petri 3. *quales nos oporteat esse in Sanctis Conversationi-*
Cant: 1. *bus: dolendum enim verò cum Sponsa, si positi in vineis Custodes, vineas nostras non custodiamus, at-*
2. Cor: 10. *tendamus obsecro, ut quales sumus verbo, tales &*
Exod: 3. *præsentes in facto, idq; ejus gratiâ, qui Dominus, & non mutatur, Ille est, Qui est.*

Monstrosos odit Ecclesia partus, quos per fidem & vocationem genuit ut filios, degeneres
Cassiodorus *non patitur. Nimis absurdum est portare nomen alienum, & aliud dici, quàm possit in moribus inveniri. Iusto exardescit Ambrosianus zelus fervore:*

Nomen

Nomen Christi prætenditis, & substantiam denegatis. Angelus Ecclesiæ Sardis scriptum accipit: Scio opera tua, quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es, hac scilicet methodo; quòd in corpore vivo animam mortuam portare nosceris. Parce quæso, cum Divo Chrysologo loquar, parce nomini huic, Christianus vocatus es, propter te non blasphemetur Dominus Noster IESVS Christus, sed luceant bona opera tua. Hæc generica improbè agentium contra Christianum Nomen mulcta; leviora dixi; graviora, gravius manet judicium. Sacerdos, Sacra dans, quid acceptius? Sacra docens, quid magìs necessarium? Sacer Dux, quid magnificentius? Sacra dos, quid pretiosius? si Presbyter, præbet iter, utiq; qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni. Personam Christi gerimus, qui nos recipit, illum recipit. Angelis potiores, immediatè circa obsequia DEI, occupantur hi in Cœlis? appropinquamus magìs, quod negatum Angelis, ex pane conficimus DEVM. Rem Apostolico complectar verbo: Genus Electum, Gens Sancta, Populus acquisitionis; intuere profunditatem terræ, profundior es, altitudinem Cœli, altior es, sublimitatem Angelorum, sublimior es, Augustino credendum. Splendet titulus, blanditur nomen, augetur donum, sed

S. Ambrosius.
Apoc. 3.
S. August: hom. 3. hic.
S. Chrysol. Cath. 10.
S. Bernard: Serm: 76. super Cant.
1. Tim: 5.
Lucæ. 9.
Pontanus.
S. August:
S. Greg:

Salvianus lib: 3. de guber: *tantò plus crescit ratio doni, reatus impij, est pium nomen, magìs damnabilis est malitia, quàm titulus bonitatis accusat. Conqueritur de Hæbreis DEVS:*
Matt. 8. *Non inveni tantam fidem in Isràël, Isràël DEVM*
Basil. Seleuc. orat. 19. *videns est, ergo si nomen, quo appellatur, DEI cognitì argumentum est, cur ampliùs incredulitatem patefacit? appellationi, cujus virtute caret, irrogat contumeliam. Sufficiat proindè Apostolicum*
2. Petri 1. *illud adhortamentum: Satagite magìs, ut per opera bona, certam vestram vocationem & electionem faciatis.*

Gen: 22. *Egrediamur de terra & de cognatione, necesse est, nobis & nostris commodis laborantes: Apostoli*
Lucæ 5. *quidem totâ nocte laborantes capimus nihil, in Verbo Domini laxemus retia, multitudo concludetur.*
Daniel. 2. *Lapis propè Babylonem è monte devolutus contrivit omnia, si suæ pridem adhærens rupi & loco, & antiquæ non renunciasset otiositati, valuisset minùs,*
Act: 10. *montem non adæquans, fecisset nihil. Petrus circa horam sextam ascendebat, ut oraret verus Vicarius*
Matt: 14. *Christi & Imitator, qui ut oraret, ascendit in montem solus, solum ascendentem, relictâ terrâ ac terrenis, orare modo Christi, modo Principis Apostolorum supra ascendentis, infra relictis omnibus, orare est. Fœmineum est, exuli ab urbe, mox igni sul-*

phureo

phureo demandanda, retrò oculos, ut videatur Sodoma, tenere. Sal Apostolus est, infatuatum dicamus cogit, si fatuo respectu suo vertitur in Statuam. Non bonum Patremfamilias judicavit Dominus, si mittens manum ad aratrum, respiciat retrò, parum in terra, in Cœlo nihil (: non est enim aptus Regno DEI:) habiturum. Angelus in medio candelabrorum aureorum, Servus DEI est, stellas in manibus tenet, ut Cœlum & Cœlestia tractet, Cœlum ferat & inferat, Apostolo Angelus, aut Angelo Apostolus erit. Fiat, nè DEO propter ista servia tur, & ob inopiæ timorem, justitia deseratur, sic transeamus per temporalia, ut non amittamus æterna. Lucæ 5. S. Augusti: Gen: 19. Apoc: 1. Beda lib: 4. in Luc. 12.

Eam, quæ omnibus pernecessaria Ministris Altaris Christi vel maximè est, svasurus virtutem, Augustiniano satiùs utar stylo: Tales decet habere Dominum Ministros, qui nullâ cogitatione carnis corrumpantur. Visuri triduanum triumphantis de morte DEI Filij locum, Petrus & Ioannes, pari planè gressum accelerant passu, sed citiùs Petro præcucurrit Ioannes, quia Virgo testamentariâ Lege probatur: Virginem Matrem, Virgini moriturus Filius, commendavit Ioanni. Procul sunto cæcutientis ad veræ Fidei lucem paganismi dogmata, nisi fortè fortior convictio adsit indè, plenis à fanis Genti- S. August: tom: 10. de temp:

tilium arcentur buccis impuri:

- - - - - - discedat ab aris,

Cui tulit hesternâ gaudia nocte Venus

Casta placent Superis. - - - - - -

Sacrificulis sic olim acclamatum vale. Non habitis ad manum laicis panibus Davidi dantur cibaria Sacra, præcustodito tamen: Si pueri mundi. Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt, eos nihilominùs castimoniæ innocentia, solo virtutis amore sic tenuit, ut plures è Bohemia Venceslaos, è Saxonia Henricos, è Polonia Casimiros, ex Anglia Edvardos, Emericos ex Hungaria, Iosaphatos ex India, certum sit. Grave illud ac horrendum Propheticum væ: Væ vobis, qui lascivitis in lectulis vestris; horrendum inquam, quia æternum, si tinniunt ad id Sæcularium aures, Spiritualium subito amoveri casu, non ultra naturam esset. Solo castitas nomine, cui bonum dulcescit, appretianda. Flos illa est Ecclesiastici germinis, decus ac ornamentum Spiritualis gratiæ, læta indoles, laudis & honoris opus integrum, imago DEI respondens ad Sanctimoniam Domini, unico distingvitur solio Prorex Ægypti Ioseph, gratiam in conspectu Principis probatam tenet, quid mirum? jure secundus factus Regni, Rex insignis antè pudoris. Videndo Do-

[Margin notes: 1. Reg. 21. — Mat: 11. — Amos 6. — Bernardin: Senen: Tom: 2. Serm: 2. — Gen: 39. — Zeno de pudic.]

do Domino, plus est, si tractando manibus, ore, ac corde, virginitas præparat animam, quis eam neglexerit? reimpressam Christi faciem sibi obtenturus? nimirum: Sicut speculum, si fuerit mundum, accipit imagines, ita & anima pura faciem DEI. Absint illæ, quas, uti doloso suppositos cineri ignes, quæquè illa fuerit, obtrudit necessitas causas, cum tamen periculi amor perire sit. Lapides pyroboli in monte Orientis, si procul ab invicem, res in tuto manent, flammis vaporantibus, quæ circa sunt, absumuntur, nempè: Vicinia nocet. Hieronymianum illud quàm verum est! Fœmina ignis, stupa vir, diabolus flabellum. Corsinum Fesularum Infulatum, juremerito Bollandus laudat, quia Parisijs Andreas, cæcus, mutus & surdus vocatur, sic omnes sensus frænante pudicitiâ, nonnè tutius? Isidori Pelusiotæ consilio: Fugiendum vir optime (: omni scilicet sensu:) quantum fieri potest non approximandum malo. Apostolicum est, quod subjungo: Exemplo esto fidelium in fide, in charitate, in castitate, quid nobis? qui Spiritu cæpimus, si carne finiverimus.

S. Bern: Epist: ad Henricum.

Theophylactus.

Eccles. 3.

Damianus lib. 2. ep. 18.

S. Hier:

Isidorus Pel.

1. Tim. 4.

Parvas fugienti scintillas, si placet incendium, ad stuporem est, frustra gyrante timet absorberi profundo, quem temeritas præcipitem in altum misit; mater est omnium vitiorum ebrietas, iniquæ qui

S. Basilius.

servit parenti, consimilis prolis timeat servitutem. Quod negat Philosophus, Infinitum videlicet dari,
S. Chrysos. homil. 10. in Gen: *probat Bibo, si vini largior usus, aurei Oris oraculo, infinitorum causa est malorum, summa prodigalitas, pondus & æstus diei portare, insomnes ducere*
S. Ambr: lib: de Elia cap. 12. *noctes, hujus gratiâ ut benè sit, quandoquidem unius diei crapula, multorum absumit labores dierum;*

Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpè cadendo,
Vina cavant bursas, non vi, sed sæpè bibendo.

Ridiculum illud Dyogenis Cynici venum propositam ebriosi cernentis ædem, hoc certò sperandum inquit erat, ut sæpiùs sese ingurgitans, propriâ exoneret domo, plurimis in lachrymas abit, quos crapula o-
S. August: Serm: 231. *stiatim famelicos sistit, at serò sapiunt Phryges. Et utinam potum tantummodò perderent, & non etiam ipsi perirent, plures attamen occidit crapula, quàm gladius. Turpe Sæcularibus vitium, Spiritualibus propè sacrilegium ebrietas; nonnè pudet tremulam manum supponere Illi, Quem videntes tremunt*
ad Hæbr: 6. *Angeli: rursùm crucifigentes Filium DEI, in cellaria ducunt quiescendum. Porta patens in Regno*
1. Cor: 5. *Cœlorum ebriosis negatur, Dominus Cœli quomodo se credet eis? si quando credidit violenias non effugiens manus, patienia læsa toties, nè vertatur in furorem, cavendum, ineffabilis adoranda Misericor-*

dia.

dia. Incruentum celebrando Sacrificium, exeste victimæ inferorum, proh dolor! non se dubitet diabolo sacrificasse, grandi mensura, sinè mensura, ingurgitari assvetus. Mensa Domini sobrios expetit, nullus commensalis Lyæi hìc locum habet, bibentibus secundùm ætatem minùs habentes inveniendos, derepentè librans remonstrat manus Domini, procul dubiò sobrijs & perfectis tutiora speranda. S. Augusti: tom: 10. Ser: 231. de temp: Daniel. 5. 1. Petri 1.

Solidâ firmaturus Regnum basi Salomon, Assistricem Divinarum Sedium implorat Sapientiam, vel ex eo Sacerdotium informaturus (: cum & hoc Regale sit :) provideri sibi de scientia ex professo esse, Assistentia quippe DEI, sola sapiens. Dux viæ æternæ Sacerdos, luce scientiæ carens, quò certiùs cum sequentibus se nisi in foveam casurus, gregem autem suum requisiturum se de manu ducentis inevitabiliter spondet Dominus. Vim præcepti, consilium habens est; habeatis scientiam discernendi inter Sanctum & profanum, doceatisq; filios Isràél omnia legitima; institutum est & mera vocatio in doctrinas non debere cessare, ut studio suo & doctrinarum assiduitate, negligentia populi errantis emendetur. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore ejus, legem inquam, non nugas, profectum, non fabulas, seculares nugæ, nugæ sunt Sap. 9. 1. Petri 2. Lucæ 6. Ezech: 34. Levit: 10. S. Chrys. hom: 46. Malach: 2. S. Bernar:

in ore

Idem. *in ore autem Sacerdotis blasphemiæ. Consecratum est os Evangelio, nugis aperire illud, illicitum, assvescere, sacrilegium est; fœdè ad cachinnos movetur*
Idem. *Sacerdos, fœdiùs movet. Porrò detrahere, aut detrahentem audire, utrum horum damnabilius sit,*
S. August: tom: 7. de anima cap. 24: *non facilè dixerim. Neq; quando aliquid noscitur, existimetur sciri, sed ut sciatur, discatur nesciri; neq; enim aliquid in occultis DEI operibus ignorando, sed temerè pro cognitis incognita asseverando, ac vera pro falsis asserendo & defendendo, peccatur.*
S. August: tõ: 10. homil: 11. *Curiosis discendum Sciolis: Meliùs est cum pietate nescire, quàm cum insania judicare.*
Serm: 8. de div: Serm: *Sciatur quantumcunq;, id sciatur, in hac vita, nondum est beatissimum, quoniam incomparabiliter longè & ampliùs, quòd indè nescitur,*
S. August: lib: de utilitate cred: *humanæ namq; scientiæ cujusmodilibet excellant ingenio, nisi DEVS adsit, humi repunt,*
Idem ibid: *tunc autem vera scientia adest, si societatis humanæ in DEVM tendentibus cura sit. Gentium Doctoris sensu, scientiarum diversitas concludatur:*
adColoss. 3. *Quæ sursum sunt, sint ad sapientiam; in*
adRom. 12. *reliquo, non oportet sapere plùs, quàm oportet.*

Inter excessum & defectum virtus est, extrema hæc confinia virtutis tenent, & si medium inveniatur, dicatur beatum. Nitidos incedere Sponsos, non est, quod arguatur, modò dubium non sit,

ob di-

ob diversitatem Sponsi & Sponsæ ornamentorum nè si quispiam talium eminùs procedens aspiciatur, Sponsa potiùs, quàm Sponsæ Custos putetur, sed è contra; vetatur ascensus per gradus ad Altare ob minùs servatam decentiam, nè in publico ministerio inusitato modo publicè vestiendi, Ecclesiæ offendiculum præbeatur. Hyacinthinus præscribitur vestitus, ut tota vita Sacerdotalis supernis solùm desiderijs intenta sit, nihil in Sacerdotali vita infimum ac sordidum maneat, clariùs dixero: Servatâ decentiâ, propulsato, nec virum quidem decente luxu vestium, sic induamur, ut induamus Dominum IESVM Christum, & carnis curam nè fecerimus in desiderijs.

S. Bernard: Ser: 76. super Cant: Exod: 20. Beda. Rom: 13.

Aliorum demandata Pastoribus cura, alijs solicitudo nostra impendenda, peccata populi comedimus, ut auferamus peccata populi, & DEVM pro eo placemus. Esdras panem non comedit, & aquam non bibit, lugebat enim transgressionem eorum, qui venerant de captivitate; exemplum hinc, non solùm flendi & orandi, sed & jejunandi pro his, qui peccaverunt. Ac si alijs nati, alijs per vocationem dati simus, ita tamen, nè dum crediti gregis invigilamus curæ, immemores nostri, pereamus. Dandum aliquid, imò sæpiùs dandum propriæ vitæ discussioni, eligendum tempus, determinandus locus, in cujus ingres-

Oseæ 4. Anastasius Niss. Esdræ 10. Beda.

ſu tumultuans, tum alioru͂, tum ſua corporalis relinquenda cura. Palatiorum negotijs implicatus David, multiplici jactatus fatorum impulſu, elongavit fugiens, manſit in ſolitudine, expectabat eum, qui ſalvum fecit eum, nec ſpe eluſus eſt, cui ſolicitudinum turba obſtitit ad Dominum, ſolitudo paravit acceſſum; factus eſt ſicut paſſer ſolitarius in tecto, benedicit anima ejus Domino, quia propitiatur iniquitatibus, & ſanat infirmitates. Et benè: labile more fugientis aquæ, dum præterit tempus, plerumq; vanitati in pretium cedit, unica animæ ſalus adeonè pauper erit, ut ipſi ſoli nè una quidem impendatur hora? pretioſum quid, de juſtitia pretioſis ematur. Tranſeat ac ſi non convictivum, ſi Philoſophus in ſuis Phyſicis, primo de materia prima, ſecundo de forma, compoſito &c. ultimo de anima tractat libro, Chriſtiana ſcientia à primo de Anima inhoanda tractatu. Beatâ idcirco ſolitudinem aliquando cum Duce Premislao amplectamur, hæc eſt, quæ facit ſuos in Domino exultare.

Psal. 54. Psal: 101. Psal: 102. Dlugoſ: Iſaiæ 35.

Quia verò, ut volucris ſinè alis ad volandum, ut navis inter fluctus ſinè remigio, gratiâ DEI orbati, ad benè agendum expedimur mortales, illud eſt apprehendendum, ſinè quo nulli ſumus, non deeſt DEUS quantùm ex ſe facientibus, imò, ubi humana ſpem omnem negant, Divina diſpenſatio clarè fulget; igitur

S. Chryſoſt. hom: 16. in Act: Ap.

tur DEVS omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam gloriam suam in Christo IESV, modicùm passos ipse perficiat, confirmet, solidetq; dicta autem hactenùs ut ad vota DEI cedant, voto secundo Dixi.

Ad M.D.G. Bq;.V.M.S.L. O.C.H. nec non SS. OO. Venerationem.




BIBLIOTH: UNIV:
JAGELLONICAE

